a. gr. b. 2140

Longus

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Auct. Gr. vet. p. 774.

Digitized by Google

SCRIPTORES EROTICI

GRAECI

VOLUMEN TERTIUM

LONGUM

ET XENOPHONTEM EPHESIUM

CONTINENS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΛΟΓΓΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΒΙΒΛΙΑ Δ

LONGI PASTORALIUM

DE DAPHNIDE ET CHLOE

LIBRI IV

GRAECE ET LATINE

ACCEDUNT

XENOPHONTIS EPHESIACORUM

DE AMORIBUS

ANTHIAE ET ABROCOMAE

LIBRI V

TEXTUM RECOGNOVIT, SELECTAMQUE LECTIONIS

VARIETATEM ADIECIT

CHRIST. GUIL. MITSCHERLICH

PROFESSOR GOTTINGENSIS

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS

CIↃIↃCCXCIV

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

ERECTIORIS INDOLIS IUVENIBUS

GENERIS SPLENDORE PROPRIAQUE ANIMI

VIRTUTE PRAECELLENTIBUS

CAROLO GEORGIO

NEC NON

CHRISTOPHORO ADAMO

LL. BB. DE STACKELBERG

FRATRIBUS

AD SUMMA OMNIA NATIS

HOS LONGI ET XENOPHONTIS LIBELLOS

CONSECRAT EDITOR

CHR. GUIL. MITSCHERLICH

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTITIA LITERARIA
DE
LONGO.

LONGUS [1], incertae aetatis ſcriptor, & vix cuiquam veterum memoratus, in Iungermanni Codice vocatur [2] Σοφιστὴς, & poſt Heliodorum ſcripſiſſe videtur, eumque locis quibuſdam imitatus eſſe. Exſtant eius libri quatuor Ποιμενικῶν τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην, *Paſtoralium de Daphnide & Chloë*, quos Politiano pridem laudatos cap. II

1 Anonymus in Nunzio hebdomadico Florentino (*Novelle letterarie*) ad d. 17 Sept. 1779, p. 606, auctor eſt, in Codice illo, qui praeter Longum, Charitonem & Xenophontem Epheſium complectitur, quique in Bibliotheca Caſſinenſium eius urbis aſſervatur, noſtrum ſcriptorem non Longum ſed Logum appellari, tam in inſcriptione, Λόγου ποιμενικῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην, quam in fine, Τέλος Λόγου ποιμενικῶν, τῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην Λεσβιακῶν ἐρωτικῶν λόγοι τέσσαρες. Sed cognomen Longi videtur probabilius, tranſvectum quippe e Latio; & alterum, quod nullus liber alius agnoſcit, e ſcripturae compendio ortum videtur. Ex epigraphe vero iſta diſcimus, Longi ſcripta etiam Lesbiaca vocata fuiſſe, ut Heliodori Aethiopica & ſimil.

2 Enimvero Iungermannus nullum prorſus Codicem ad manus habuit; & dubitandum omnino, an illud in Codd. reperiatur. Neque enim habet ed. Iunt. ad Codices Italicos expreſſa, neque agnoſcunt tres Codd. Pariſ. a Villoiſono inſpecti. Maxime vero Sophiſtae appellationem reſpuit venuſta huius ſcriptoris ſimplicitas.

Digitized by Google

Miſc. & a Iac. Amyoto Gallice verſos Pariſ. 1559, 8, primus Graece in lucem edidit ex Aloyſii Alamannii Bibliotheca Florentiae apud Philippum Iuntam a. 1598, 4, cum variis lectionibus Raph. *Columbanius*. Ac in textu quidem conſtituendo navarunt ei operam Henricus Cuffius, Anglus, & Marcellus Adrianus, Florentinus, quorum perſpicaci iudicio exemplar ſuum, quam fieri potuerit, maxime expurgatum eſſe, gratus in praef. profitetur. Eidem ſtudium ſuum contulit Fulv. Urſinus, qui Codicem eius cum tribus ſuis MSS. Romae comparavit, lectionumque diverſitates ad eum tranſmiſit, quas cum ſui Codicis lectionibus editioni ſuae Columbanius attexuit. Urſinum autem tres ſuos optimae notae Codd. non integros a capite ad calcem cum Florentino Aloyſii Alamannii Codice, ſed dumtaxat in quibuſdam locis contuliſſe, ex eo patet, quod ipſe Columbanius ſic ſcribit pag. 82 not. „ita ex Cod. Urſini locum concinnavimus. Is enim, antequam nos hunc librum impreſſioni ſubiiciendum traderemus, *locos aliquot* cum ſuis Codd. collatos, Roma ad nos remiſerat.„ Opus hoc proſa amoena [1] Graeca ſcriptum Latino carmi-

1 Vere de eo Villoiſ. praefat. pag. XXXVI: *Longi oratio pura, candida, ſuavis, minutis articulis membriſque conciſa, & tamen numeroſa, ſine ullis ſalebris, melle dulcior profluit, tanquam amnis argenteus virentibus utrinque ſilvis inumbratus, & ita florens, ita picta, ita expolita eſt, ut in ea verborum omnes, omnes ſententiarum illigentur lepores. Translationes ceteraque dicendi lumina ita apte diſponit, ut pictores colorum varietatem. Elegantes fabellas, vividas deſcriptiones, quae res ipſas oculis ſubiiciant, perite intexit, & ſimilitudines ac imagines e ruſtica paſtoralique vita petitas feliciter adhibet. Xenophontis ſimplicitatem, Theocriti veneres, Moſchi & Bionis floſculos conſectatus & ſaepiſſime conſecutus eſt.*

ne in Expoſitis ſuis reddidit Laurentius *Gambara* iam tum ſenex, ſed libere adeo, ut ſaepe vix Longum agnoſcas; adeo multa addit, demit, mutat; ut taceam, quod ſaepe nec mentem Longi fuerit aſſecutus, quippe poëta melior, quam Graece intelligentior, ut ait Voſſius de Hiſtor. Graecis; & ante eum Iungermannus praef. ad Longum: Non eo fine Gambara ſuos Expoſitos cecinit, quod voluerit interpretem Longi agere. Quin ſuo ſibi modo immutat, mutilat, confundit Longiana. Et de ipſius peritia ἑλληνισμοῦ ne quid odioſe protuliſſe videar, dicant tibi doctiſſimi illi, quos laudis & honoris gratia nomino, Stephanus & Vulcanius. Ex hac Gambarae Metaphraſi factum eſt, ut Mallincrotus pag. 39 Paralipom. de Hiſtoricis Graecis, & poſt eum Morerius in Lexico, perperam tradiderint Longum carmine heroico de Amoribus Daphnidis & Chloës ſcripſiſſe, cum proſa opus ſuum Graece contexuerit.

Iuntinam excepit illa, quam Iuda & Nicolaus *Bonvitii* Heidelbergae an. 1601, 8, typis Commelinianis expreſſerunt. Adiunctam habet Gambarae Metaphraſin, nihilque plane neque a Codd. neque ab ingenio in eam collatum, quo lectio Longi expeditior facta ſit; ut operarum vitia taceam, quibus contextus ſcatet innumeris.

Meliorem operam navavit Longo Gothofredus *Iungermannus*, qui eum Graece & Latine edidit Hanoviae, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium & heredes Iohannis Aubrii an. 1605, 8, additis ad calcem voluminis brevibus ſed eruditis notis, in quibus praeter Florentinam ed. Codices MSS. Fulvii Urſini Romae collatos conſuluiſſe ſe teſtatur.

Iungermanno in hac palaestra successit homo longe dispar, (sunt verba Villoisoni Proleg. ad Long. pag. LX) sive doctrinam, sive ἀγχίνοιαν & εὐστοχίαν criticam, sive ingenuum candorem & modestiam spectes. Loquor de Petro *Mollo*, Snecano, qui an. 1660 Longi Poemenica cum sua versione & notis ad calcem reiectis edidit, γεγονὼς ἡλικίας ἤδη πρόσω, ut ipse ait in sua dedicatione. Libri titulus est: Λόγγου Ποιμ. — βιβλία τέτταρα· *Longi — libri quatuor: Petrus Moll, Snecanus, I. U. D. & Gr. Ling. Prof. Ord. in Acad. Franek. Frisior. recensuit, in Latinum sermonem vertit, notis & animadversionibus illustravit. Franekerae, sumtibus Ioannis Arcerii*, an. 1660. In textu quidem exprimendo editionem Florentinam secutus est, ita tamen, ut, ubi Codd. Ursiniani meliora ipsi suggerere viderentur, hos amplecteretur, neque tamen lectorem de mutata lectione, mutataeque lectionis fonte ac causa certiorem faceret. Notae eius admodum futiles sunt, & maxime in rimandis etymologiis occupatae; indignae prorsus viro, qui in academia Franequerana Graecas literas profiteretur. Idem Iungermanni interpretationem ignorans novam versionem Latinam adornavit; quam cum absolvisset, demonstrata licet ipsi postea ab amico Iungermanniana editione, noluit labores suos sibi perire, suamque versionem editioni a se curatae adiiciendam curavit. Quae etsi interdum altera praestet, in plurimis tamen locis Iungermannianae iure postponenda videtur.

Mollianam secuta est ed. Parisiensis [1], quam

1 In Batavis oris excusam esse hanc edit. recte iudicat Dutens praef. editionis suae. Et sane hanc editionem inspicienti res ipsa facile opinioni huic fidem facit.

Digitized by Google

bibliopola Neaulme an. 1754, 4, excudi curavit. Graeco textui ad latus appoſita eſt verſio Mollii Latina; habetque haec editio emendationes quaſdam in ipſo contextu ſuo quaſque loco diſpoſitas, unciſque incluſas. Quemnam iſtae auctorem habeant, & a quo omnino iſta editio curata ſit, huius quidem rei notitiam e libro iſto, cui ne praefatio quidem adiecta ſit, fruſtra petas, neque de eo aliunde conſtat. Libri huius titulus eſt: *Longi Paſtoralium de Daphnide & Chloë Libri IV. Graece & Latine: editio nova una cum emendationibus, uncis incluſis, diſtincta viginti novem figuris aeri inciſis a B. Audran, iuxta delineationes Celſiſſ. Ducis Aurelian. Philippi, & tabula ab A. Coypel delineata: accedunt alia ornamenta, partim ab A. Cochin, partim a C. Eiſen adornata & a Simone Fokke in aës eleganter inciſa. Lutetiae Pariſiorum, in gratiam Curioſorum. MDCCLIV.*

Aliam Pariſiis editionem, elegantiſſimis Fr. Ambroſii Didoti typis expreſſam, & nonnullis variis lectionibus, iiſque ad calcem reiectis, ornatam ſine verſione an. 1776 apud Guillelmum de Bure in 12 prodire iuſſit Ludovicus *Dutens*, vir eruditiſſimus.

Proximo temporis, ſi vero interiores libri dotes ſpectes longiſſimo intervallo, Dutenſianam inſecuta eſt *Bodeni*, Profeſſoris Vitebergenſis, quae Lipſiae Iunii ſumtibus an. 1777, 8, lucem adſpexit, editio; in qua adornanda idem fere, quo Tatium ſuperiore anno evulgaverat, ſecutus eſt conſilium. Namque & ſuperiorum interpretum, Columbanii, Urſini, Iungermanni, & Molli animadverſiones, nullo plane delectu adhibito, textui iterum ſubiici curavit, nonnulla

Digitized by Google

tantum de ſuo addidit, levioris ea momenti; unde adeo Longo novae lucis parum affuſum eſt. Praeter Mollianam verſionem adiecit etiam Gambarae Metaphraſin, ne iniuria temporis periret. Scilicet his omnibus effectum voluit, „ut ſuaviſſimus ille Longus aere parabili in plurium manus perveniret.„

His vero omnibus palmam praeripuit, vereque Longo ſoſpitator exſtitit, vir interiori Graecae linguae ſcientia, exquiſitiſſimiſque variae ac multiplicis doctrinae copiis inſtructiſſimus, idemque ingenii laude florentiſſimus Iohan-Baptiſta Caſpar d'Anſſe de *Villoiſon*, qui eum cultu Didotiano, h. e. ſplendidiſſimo, prodire iuſſit Pariſiis an. 1778, forma 8. Is, ut textum Graecum exhiberet emendatiorem, non ſolum priorum edd. excuſſit inque uſum ſuum convertit praeſidia, ſed novas etiam, quibus Longo priſtinum nitorem redderet, undique conquiſivit atque adhibuit copias. Ac praeterquam quod ei tres Codd. Bibliothecae Pariſienſis multas eaſque optimae frugis lectiones ſuppeditarent, ad partes etiam cum fructu vocavit Amyoti verſionem Gallicam, factam ad optimum Codicem, & hucuſque ab Interpp. neglectam. Neque defuere viri docti, qui ſuas in Longum animadverſiones & coniecturas cum eodem communicarent; e quibus Valkenarium & Wyttenbachium nominare ſufficiat. Maxime vero ſuo ipſius ingenio doctrinaque adiutus, tam felici ſaepius in expoliendo hoc ſcriptore verſatus eſt opera, ut pauciſſima tantum ſuperſint, quae ſolius praeſtantioris Codicis (nam *potuit quae maxima virtus eſſe. fuit*) opem adhuc implorent. Latinam verſionem idem vir egregie doctus ad latus appo-

Digitized by Google

fuit e Iungermanniana & Molliana conflatam, ita quidem, ut, quid in hac aut in altera minus barbarum deprehendiſſet, hoc amplecteretur, ubi vero ſenſu eas aberraſſe vidiſſet, aut ubi ipſe novam textui lectionem intuliſſet, vitia tolleret, ac ſententiam ad receptam lectionem accommodaret.

Villoiſonianum Longi contextum ſub prelum iterum vocavit, ſplendidiſſimoque cultu exornatum dedit Io. Bapt. *Bodonius*, Regii Parmenſis typographei praefectus, cuius libri titulus eſt: Λόγγου ποιμενικῶν τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην βίβλοι τέσσαρες, *cum Proloquio* (Pauli Mariae Paciaudii) *de libris eroticis antiquorum. Parmae ex regio typographeio* 1786, 4.

Eandem Villoiſoni editionem & nos maxime in textu conſtituendo ſecuti ſumus; eſt tamen, ubi ab ea, noſtro obſecuti iudicio, pauliſper receſſimus. Eiuſdem verſionem emendatiorem retinuimus, nonniſi in iis locis immutatam, ubi nova inducta aut veteri revocata lectione, eiuſdem ſenſui eam ſubiiceremus. Ceterum eandem, quam in edendo Tatio ſecuti ſumus, nimirum, ut Codd. varietates, quae momentum aliquod criticum habere viderentur, diligenter enotaremus, ac VV. DD. emendationes noſtro qualicunque iudicio adiecto apponeremus, novamque ipſi ſubinde, ad veritatem indagandam, viam tentaremus; eandem, inquam, in hoc quoque ſcriptore nos tenuiſſe rationem, res ipſa VV. DD. fidem faciet. Superſunt tamen nonnulla, quae omnem ingenii eludant aciem, & ab aliis Codd. (nam qui adhuc inſpecti ſunt, unius fere originis videntur, quod vel lacuna L. I, c. VI, in qua omnes conſpirant, ſatis docet) me-

Digitized by Google

dicinam exſpectent. Quo tamen loco non poſſum, quin, quas doctiſſimus *Iacobs* mecum communicavit, coniecturas eruditis hominibus examinandas proponam. „ Lib. III, cap. IV, p. 94 noſtrae ed. Παίδων δὴ παντα χοῦ — legendum puto: ἀείδειν δεῖ (ſive χρή)· παντα χοῦ σιωπή· ἀλλὰ — Daphnis, multis fruſtra tentatis, tandem canere apud animum ſuum conſtituit. *Canendum eſt, ut me audiant: & certe audient; altum enim ubique ſilentium.* Mox & hoc abiicit, ne id quidem ſuſpicione carere intelligens. Veritas coniecturae apparere videtur ex ſeqq. ἄμεινον ἄρα σιγᾶν. — Lib. III, cap. XI, pag. 108, contextus flagitare videtur, ut legatur: ἀλλὰ τερπνότερα πηδήματα καὶ τῶν ἐκείνων γλυκύτερα. Sic etiam Amyot in ſuo Cod. habuiſſe videtur. — Lib. IV, cap. II, pag. 136, forte haec verba ſic legenda & diſtinguenda ſunt: ὕδωρ ἐπωχέτευσε· πηγή τις ἦν, ἣν εὗρεν — ſive, ſi audacioribus eſſe licet: ὕδωρ ἐπωχέτευσεν εἰς τὰ ἄνθη· πηγή τις ἦν, ἣν εὗρε Δάφνις. ἐσχόλαζε — Denique Lib. IV, cap. VI, pag. 141, forte: καὶ ἦν μὲν δίκαιον πένθος ἀνδῶν. Ex δίκαιον priori ſyllaba forte omiſſa facile & κενὸν & καινὸν oriri potuit. „ Haec ille, ſatis ingenioſe.

Reſtat, ut de verſionibus Longi paucis agamus. Ac Latinas quidem Longus duas omnino nactus eſt, Iungermannianam alteram, alteram Mollianam; quarum ſupra iam mentionem fecimus. Neque enim recte huc vocare licet liberrimam illam Gambarae Metaphraſin, quae primum vulgata eſt cum reliquis eiuſdem carminibus Antwerp. 1569, 8; mox inſerta editioni Commel. & inde in Bodeni ed. translata. Quae ipſa Metaphraſis varios VV. DD. errores peperit. Bailius enim v. *Longus*, & Lancelotus praef.

Digitized by Google

verſionis ſuae, contendunt, exſtare verſionem Latinam Iungermanniana antiquiorem; eamque, hoc quidem auctore, an. 1606, illo vero, an. 1601 vulgatam. Quam ipſam Gambarae eſſe Metaphraſin, facillima ex ipſo anni diſſidio coniectura licet aſſequi. Nam Commelini editio, cui Gambara adiectus eſt, utrumque hunc annum exhibet, alterum quidem 1606 in ipſa libri fronte, alter vero, 1601, praefationi ſubſcriptus eſt. Quod ipſum fraudem quoque fecit Paciaudio proloqu. ad Long. pag. LI, diverſas inde edd. Commel. ſtatuenti, & primam quidem an. 1601, ſecundam an. 1606 excuſam. Huetius quoque, quod ipſe in libro de fabb. Roman. pag. 67 fatetur, Longum ſibi Latine interpretandum ſumſerat; ſed veritus, ne iuvenilis aetas labem inde traheret, telam detexi iam coeptam e manibus excuſſit.

Primus vero omnium patrio eum cultu prodire iuſſit Iac. *Amyotus*, viginti annos ante, quam ſuo ipſius habitu ornatum Florentiae produceret Columbanius. Primum enim Amyoti verſio prodiit Pariſiis a. 1559 apud Vincent. Sertenar. 8; repetita poſtea aliquoties, & quidem ab heredibus Cramoſii (Cotelerio puta) annis 1716 & 1717, cum indice: *Les Amours paſtorales de Daphnis & Chloé ecrites en Grec par Longus, & traduites en François par Amiot. Avec figures. Nouvelle edition. à Paris chez les heritiers de Cramoiſy.* 1717, 8. Tum Cotelerii (*Couſtelier*) adiecto nomine, an. 1718, 8, & 1722 in forma 12. Eandem typis repetendam curavit Iac. Guerinius a. 1715, 8, & 1731, 12, Anonymi cuiuſdam (Lancelloti) curis repurgatam, atque ad cultiorem linguae genium reſictam. Quae utraque & Amyoti ſin-

Digitized by Google

cera atque integra, eademque ab Anonymo refícta iunctim repetita eſt Pariſiis cum titulo: *Les Amours paſtorales de Daphnis & de Chloé, par Longus. Double traduction du Grec en François de Mr. Amiot & d'un Anonime, miſes en paralelle* (ſic) *& ornées des Eſtampes originales du fameux B. Audran, gravées aux depens du feu Duc d'Orleans, Regent de Françe ſur les tableaux inventés & peints de la main de ce grand Prince, avec un frontiſpice de Coypel, & autres Vignettes & Culs de Lampe, gravées par D. Focke ſur les deſſeins de Cochin & de Eyſen, à Paris, imprimées pour les Curieux. MDCCLVII.* Hanc enim eiuſdem Anonymi verſionem putamus a. 1731 iam evulgatam, ſola quidem coniectura ducti: nam alteram illam inſpicere non licuit. Alias, cum iiſdem ornamentis condecoratas, & quidem a. 1718 & 1745, memorat Paciaud. Proloqu. ad Long. p. LII. De prima quidem, quae Amyoti interpretationem exhibet, ſatis conſtat; v. ſupra. In altera typothetae vitium latere, eamque ed. ad an. 1754, quo prior illa Pariſienſis ſeu potius Batava excuſa eſt, referendam eſſe ſuſpicor. Poſt Amyotum eandem telam detexuit Petrus *Marcaſſus*, qui tamen, Gambarae forte illectus exemplo, tanta in Longianis reſecandis, novandis atque plane immutandis libertate uſus eſt, ut pro veteri ac genuina Longi fabula novam prorſus in ſcenam produxerit. Prodiit iſta verſio, certe ſi titulum ſpectes, Pariſiis a. 1626, apud Touſſantium Brayum (Touſſaint du Bray) forma octava.

In Italicam linguam tranſtulerat Longum Hannibal *Carus* (*Annibal Caro*) teſte Gaddio de Script. non Eccleſ. Tom. I, pag. 122, quod & ipſe in

Digitized by Google

Epp. ſuis obſcure innuit: diuque in bibliothecarum clauſtris verſio iſta delituerat, donec tandem Marchio quidam de Breme, Regis Sardiniae ad aulam Neapolitanam Legatus, apographum eius nactus, Criſopoli (Parmae) eam imprimi, atque aere Bodoniano exſplendeſcere curavit. Cuius cum LVI tantum exempla impreſſa eſſent, exſtitit doctus quidam Italus, qui, quo plurium deſideriis, exemplis huius verſionis copioſius divulgandis, ſatisfieret, iterum eam recudendam curaret, cum titulo: *Gli Amori paſtorali di Dafni e di Cloë, di Longo Sofiſta, tradotti della Lingua Greca nella noſtra Toſcana dal Commendatore Annibal Caro. Londra. 1786.* 8. Typos eos non Londinenſes ſed Italicos eſſe, vix eſt ut moneam. Idem vero vir doctus in Praefatione memorat, Hannibalem Carum hanc verſionem triginta annorum natum (erit adeo ſeculi XV annus XXXVII) confeciſſe. Suppletam in ea, atque in fine adiectam videre licet lacunam, quae ab omnibus fere Interpp. ad I, cap. VI, notata eſt, a pag. 191--199.

Aliam verſionem Italicam, quae tamen a Longi veſtigiis adeo recedit, ut Paciaud. Proloqu. pag. LI eam mutilam, inconcinnam & perturbatam metaphraſin vocare non dubitet, curavit Io. Baptiſta *Mancinus* hoc tit. *Gli Amori innocenti di Dafni e della Cloë, favola Greca, tradotta da Giov. Battiſta Manzini, ſtampata in Bologna nel* 1643 & 1647, 4. Neutram vidimus; prioris enim editionis notitiam debemus viro docto, qui Hannib. Cari verſioni a. 1786 repetitae praefatus eſt: alterius méminit perſonatus ille Anonymus in praef. verſionis ſuae, quae iunctim cum Amyoti interpretatione an. 1757 prodiit,

Digitized by Google

pag. VI. Facile tamen fieri potuit, ut vel ipſi hi viri, vel typothetae in anni nota erraverint, utque ſemel tantum iſta verſio prodierit. Quod quidem inde vero mihi videtur propius, quod uterque diverſam, neuter vero utramque memoret, etſi Anonymus ille in recenſendis Longi verſionibus iiſque iteratis curioſam adhibuerit diligentiam.

Noviſſimam ſermone Italico verſionem adornavit Caſp. *Gozius* (*Gaſp. Gozzi*). quae Venetiis ſatis eleganter impreſſa eſt an. 1766, 4.

Anglice vertit Georg. *Thornley*. Lond. 1657, 8; & noſtris temporibus Iac. *Craggs*. a. 1764.

Noſtra denique lingua prodiit Berolini apud Voſſium hocce lemmate: *Daphis und Chloë. aus den Griechiſchen des Longus überſetzt. Berlin* 1765, 12; quae verſio veneribus ſuis haud deſtituta eſt.

Digitized by Google

ΛΟΓΓΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΒΙΒΛΙΑ Δ

Digitized by Google

Digitized by Google

ΛΟΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ
ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐν Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει Νυμφῶν, θέαμα εἶδον κάλλιστον, ὧν εἶδον· εἰκόνος γραφήν, [1] ἱστορίαν ἔρωτος.

LONGI
PASTORALIUM
DE
DAPHNIDE ET CHLOE
LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.

Cum in Lesbo feras indagarem, Nympharum in luco, ſpectaculum vidi, omnium, quotquot quidem oculis uſurpavi, pulcherrimum: videlicet tabulam pictam, imaginem quae amatoriam hiſtoriam repraeſentaret. Amoe-

1 Codd. Romanus & Florentinus εἰκόνα, γραφήν· quod recepit Villoiſonus. Sed & alterum recte habet.

Digitized by Google

Καλὸν μὲν καὶ τὸ ἄλσος, πολύδενδρον, ἀνθηρὸν, κατάρρυτον· μία πηγὴ πάντα ἔτρεφε, καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ δένδρα· ἀλλ' ἡ γραφὴ τερπνοτέρα, καὶ τέχνην ἔχουσα περιττὴν, καὶ τύχην ἐρωτικήν·[1] ὥστε πολλοὶ τῶν ξένων κατὰ φήμην ἦεσαν, τῶν μὲν Νυμφῶν ἱκέται, τῆς δὲ εἰκόνος θεαταί. Γυναῖκες ἐπ' αὐτῆς τίκτουσαι, καὶ ἄλλαι σπαργάνοις κοσμοῦσαι παιδία ἐκκείμενα· ποίμνια τρέφοντα·[2] ποιμένες ἀναιρούμενοι· νέοι συντιθέμενοι· ληστῶν καταδρομὴ· πολεμίων ἐμβολὴ· πολλὰ ἄλλα καὶ πάντα ἐρωτικὰ ἰδόντα με καὶ θαυμάσαντα πόθος ἔσχεν ἀντιγράψαι τῇ γραφῇ. καὶ ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος, τέτταρας βίβλους ἐξεπονησάμην,

nus quidem erat ille lucus, denſus arboribus, floribus ridens, aquis irriguus; unus fons omnia alebat, cum flores, tum arbores: at tamen longe iucundior erat illa pictura, in qua & ſingulare artificium, & amatorii caſus deſcriptio conſpiciebantur; adeo ut multi peregrini, fama exciti, huc ventitarent, Nympharum quidem ſupplices, ſed & imaginis ſpectatores futuri. In hac tabula videre erat mulieres parturientes, & alias quae expoſitos infantes faſciis adornarent, pecudes quae eoſdem infantes alerent, paſtores qui eos tollerent, iuvenes mutuam ſibi fidem obſtringentes, latronum incurſionem, hoſtium impreſſionem. Multa alia praeterea, eaque omnia amatoria, videnti mihi & admiranti cupido inceſſit ſcripto quaſi reſpondere picturae iſti, eamque veluti repraeſentare. Poſtquam igitur huiuſce imaginis interpretem ſtudioſe conquiſiviſſem, quatuor confeci li-

1 Ita repoſuimus, edit. Pariſ. ſecuti. Vulgaris verborum ordo eſt: τύχην ἐχ. περ. καὶ τέχνην ἐρωτ. abſque ullo idoneo ſenſu. Atque ſic legendum propoſuerat Heuſing. Spec. Obſſ. crit. p. 10. Recepit quoque Villoiſ. qui recte animadvertit, τύχην ἐρωτικὴν eodem ſenſu Longo dici, quo πάθος ἐρωτικὸν Charit. p. 1.

2 Mollus coni. ποίμνια τρεφόμενα· ſed ποίμνια τρέφοντα ſunt capra & ovis, Daphnim & Chloën expoſitos nutrientes.

Digitized by Google

ἀνάθημα μὲν Ἔρωτι, καὶ Νύμφαις, καὶ Πανὶ κτῆμα δὲ τερπνὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὃ καὶ νοσοῦντα ἰάσεται· καὶ λυπούμενον παραμυθήσεται· τὸν ἐρασθέντα ἀναμνήσει· τὸν οὐκ ἐρασθέντα παιδεύσει. πάντως γὰρ οὐδεὶς ἔρωτα ἔφυγεν, ἢ φεύξεται, μέχρις ἂν κάλλος ᾖ, καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν. Ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς παράσχοι σωφρονοῦσι τὰ τῶν ἄλλων [1] γράφειν.

ΚΕΦ. α'.

Πολις ἐστὶ Λέσβου, Μιτυλήνη, μεγάλη καὶ καλή· διείληπται γὰρ εὐρίποις ὑπεισρεούσης τῆς θαλάττης, [2] καὶ κεκόσμηται γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ

bros, donum Cupidini, Nymphis & Pani ſacrum, opuſque cunctis iucundum hominibus, quod aegro medelam, moerenti ſolatium afferat, eius, qui amavit, memoriam refricet, & amoris rudem praedoceat. Omnino namque nullus unquam amorem effugit, aut effugiet, quamdiu ſuus formae decor, ſuaque oculis acies conſtabit. Nobis autem Numen concedat, ut ſani integrique aliorum caſus deſcribere queamus.

CAP. I.

Est in Lesbo civitas, nomine Mitylene, magna, nec non & pulchra. Influens mare multis eam euripis diſtinguit ac diſſecat: & pontes tota urbe plurimi ſunt ex

1 Locum hunc plerique Intpp. male ceperunt. Senſus eſt: Det nobis Numen, ut σωφρονοῦντες, h. e. immunes ab amore, aliorum potius caſus ſ. res ammatorias deſcribamus, quam noſtras. Mirum, ni hoc caſtitatis votum a monacho quodam adſutum ſit. Quo & ducit librorum quorundam lectio, ἡμῖν καὶ ὁ θ. quod ferri nequit. Reduximus igitur Codd. lectionem ἡμῖν δὲ &c.

2 Reduxi hanc omnium fere Codd. ac librorum vett. lectionem pro inficeta Cod. Florent. ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ, quae Mollo ac Bodeno arridere potuit. Nam mare quidem εὐρίποις ὑπεισρέειν, ductis per urbem foſſis, dici poteſt, at non vice-verſa.

Digitized by Google

λίθου. νομίσαις [1] οὐ πόλιν ὁρᾶν, ἀλλὰ νῆσον. Ἀλλὰ ἐκ ταύτης τῆς πόλεως [τῆς Μιτυλήνης], ὅσον ἀπὸ σταδίων διακοσίων, ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον· ὄρη θηροτρόφα· πεδία πυραφόρα· γήλοφοι κλημάτων· [2] νομαὶ ποιμνίων· καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἠϊόνι, ἐκτεταμένη ψάμμῳ μαλθακῇ. [3] Ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ νέμων αἰπόλος, Λάμων τοὔνομα, παιδίον εὗρεν ὑπὸ αἰγὸς τρεφόμενον. δρυμὸς ἦν καὶ λόχμη κάτω [4] βάτων· καὶ κιττὸς ἐπιπλανώμενος, καὶ πόα μαλθακὴ, καθ' ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον. Ἐνταῦθα ἡ αἰξ

candido ac polito lapide facti; ut non urbs, ſed inſula amoeniſſima eſſe videatur. Ab hac quidem urbe Mitylene, ſtadia circiter ducenta, viri cuiuſdam opulenti ager ſitus erat, poſſeſſio pulcherrima: montes ferarum, prata tritici feracia; palmitibus colliculi, paſcua gregibus abundabant: mare autem litori alludebat, & mollem arenam lambens alluebat. Hoc in agro gregem paſcens caprarius, nomine Lamon, infantem a capra enutritum invenit. Saltus erat, nemuſque arbuſtis, virgultiſque & dumis denſum atque aſperum; hederaque errabunda, nec non & mollis herba luxuriabat, in qua iacebat infantulus. Huc capra frequenter commeans, ſae-

1 Νομίσαις, quod offerunt Codd. Pariſ. tanquam ἀττικώτερον praefert Villoiſ. quam tamen rationem in hoc ſcriptore nimis urgeri nolim.

2 Cod. Pariſ. γῆ τροφὰ κλημ. male. Intellige μιστοὶ, vel ſimile quid.

3 Codd. & edd. vett. exhibent vitioſe: προσέκλυζεν ἰς ἠϊόνι, ἐκτεταμένης ϕ. μαλθαχῆ. Et ex his quidam: ϕυχαγώγιο, vel ϕυχαγωγίας, μαλθαχῆς. Mollus inde em. προσέκλυζεν, ἐπ' ἠϊόνι ἐκτεταμένη ψάμμῳ μαλθαχῇ. Recte hoc; at alterum ἐν, ex ultima praeced. προσέκλυζεν ſyllaba enatum, ſublatum malim, quam in ἐπ' mutatum. Rectius quoque leges ἐκτεταμένη ſc. ἠϊόνι· litus enim mari protenditur, non mare litori.

4 Voc. κάτω, quod & Cod. Flor. omittit, aut omnino cum Villoiſ. tollendum, aut cum Toupio Em. in Suid. P. III, p. 298, κάτω βάτων mutandum in κατάβατος, *locus dumis & ſpinis obſitus*, quod eiuſdem formae ſit ac κατάσχιος, κατάχισσος, & κατάδενδρος.

Digitized by Google

θέουσα συνεχὲς, ἀφανὴς ἐγίνετο πολλάκις, καὶ τὸν ἔριφον ἀπολιποῦσα, τῷ βρέφει παρέμενε. Φυλάττει τὰς διαδρομὰς ὁ Λάμων, οἰκτείρας ἀμελούμενον τὸν ἔριφον, καὶ μεσημβρίας ἀκμαζούσης κατ' ἴχνος ἐλθὼν, ὁρᾷ τὴν μὲν αἶγα πεφυλαγμένως περιβεβηκυῖαν, μὴ ταῖς χηλαῖς βλάπτοι πατοῦσα· τὸ δὲ, ὥσπερ ἐκ μητρῴας θηλῆς τὴν ἐπιῤῥοὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος· καὶ θαυμάσας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, πρόσεισιν ἐγγὺς, καὶ εὑρίσκει παιδίον ἄῤῥεν, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι. Χλαμύδιόν τε γὰρ ἦν ἀλουργὲς, καὶ πόρπη χρυσῆ, καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο μόνα τὰ γνωρίσματα βαστάσας, ἀμελῆσαι τοῦ βρέφους· ἔπειτα αἰδεσθεὶς, εἰ μηδὲ αἶγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται, νύκτα φυλάξας, κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα Μυρτάλην, καὶ τὰ γνωρίσματα, καὶ τὸ παι-

pe oculis ſubducebatur, ſuoque foetu relicto, infanti affidebat. Has diſcurſationes obſervat Lamon, neglecti haeduli miſertus: & meridie ardente, caprae veſtigia ſecutus, eam quidem conſpicit caute & anxie circumeuntem, ne ſcilicet puerum ungulis laederet; infantem vero tanquam ex materna mamma lac adfluens ubertim trahentem. Ille autem ut par eſt miratus, propius accedit, & puerulum deprehendit maiuſculum atque venuſtum, & faſciolis longe elegantioribus quam pro expoſiti infantis fortuna involutum: enimvero illi aderat chlamydula purpurea, quam aurea nectebat fibula; & gladiolus, cuius eburneus reſplendebat capulus. Primo igitur conſtituerat ſola tollere monumenta, infantem vero derelictum negligere; at deinde cum illum puderet, ſi ne caprae quidem humanitatem imitaretur, nocte exſpectata, omnia ad uxorem Myrtalen defert, & mo-

δίον, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Τῆς δὲ ἐκπλαγείσης, εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες, ὅδε πάντα αὐτῇ διηγεῖται, πῶς εὗρεν ἐκκείμενον· πῶς εἶδεν τρεφόμενον· πῶς ἠδέσθη καταλιπεῖν ἀποθανούμενον. Δόξαν δὴ κἀκείνῃ, τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι, τὸ δὲ παιδίον αὐτῶν ἐπονομάζουσι, τῇ δὲ αἰγὶ τὴν τροφὴν ἐπιτρέπουσιν. Ὡς δ' ἂν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδίου ποιμενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν.

β'. Ἤδη δὲ διετοῦς χρόνου διϊκνουμένου, ποιμὴν ἐξ ἀγρῶν ὁμόρων νέμων, Δρύας τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸς ὁμοίοις ἐπιτυγχάνει καὶ εὑρήμασι καὶ θεάμασι. Νυμφῶν ἄντρον ἦν, πέτρα μεγάλη, τὰ ἔνδοθεν κοίλη, ἔξωθεν περιφερής· τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν λίθοις ἐπεποίητο, πόδες ἀνυπόδητοι, χεῖρες εἰς ὤμους γυμναὶ, κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη· ζῶμα περὶ τὴν ἰξύν·

numenta, & puerulum, & ipſam capram. Cui quidem attonitae quod puerulos etiam caprae parerent, rem totam enarrat: quomodo expoſitum offenderit, quomodo enutritum viderit, quo pacto ipſum deſerere moriturum erubuerit. Cum & ſic quoque uxori videretur, quae una fuerant expoſita, occultant, infantem ſuum nuncupant, eumque caprae alendum committunt. Quo autem & nomen infantis paſtorale videretur, Daphnim illum nominare ſtatuerunt.

II. Iamque biennio exacto, paſtor quidam ex agris vicinis, cui Dryas erat nomen, paſcens pecora, ſimile quid invenit & vidit. Nympharum ſtabat antrum, petra ingens, ab interiori quidem parte concava, at vero ab exteriori rotunda. Nympharum ipſarum ſimulacra lapidibus efficta erant, pedibus diſcalceatis, brachiis ad humeros uſque nudis, coma cervice tenus ſoluta, veſte circa lumbos ſuccincta, ſemihiulco circa ſu-

Digitized by Google

μειδίαμα περὶ τὴν ὀΦρύν· τὸ πᾶν σχῆμα, χορεία ἦν ὀρχουμένων. [1] Ἡ ὦα τοῦ ἄντρου, τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον· ἐκ δὲ τῆς πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον, ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, ὥστε καὶ λειμὼν πάνυ γλαΦυρὸς ἐκτέτατο πρὸ τοῦ ἄντρου, πολλῆς καὶ μαλακῆς πόας ὑπὸ τῆς νοτίδος τρεΦομένης. Ἀνέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ, καὶ αὐλοὶ πλάγιοι, [2] καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι, πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα. Εἰς τοῦτο τὸ νύμΦαιον ὅϊς ἀρτιτόκος συχνὰ Φοιτῶσα, δόξαν πολλάκις ἀπωλείας παρεῖχε. Κολάσαι δὲ βουλόμενος αὐτὴν, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐνομίαν καταστῆσαι, δεσμὸν ῥάβδου χλωρᾶς λυγίσας ὅμοιον βρόχῳ, τῇ πέτρᾳ προσῆλθεν, ὡς ἐκεῖ συλλήψόμενος [3] αὐτήν. ἐπιστὰς δὲ, οὐδὲν

percilia riſu. Tota haec figura tripudiantium choream repraeſentabat. In media huiuſce ſaxi ingentis parte faſtigium antri aſſurgebat. E fonte autem aqua ſcaturiens in largum effundebatur rivum; adeo ut amoeniſſimum extenderetur ante ſpeluncam pratum, cuius copioſum & molle gramen perenni ſalientis rivi humore alebatur. Et mulctrae, & tibiae obliquae, & fiſtulae, & calami, ſeniorum paſtorum donaria ſuſpenſa conſpiciebantur. Ad hoc Nympharum antrum crebro itans ovis nuper enixa, ſaepe ſui interitus ſuſpicionem iniecit. Dryas igitur eam coërcere, & ad priſtinum bene & tranquille paſcendi modum reducere cupiens, vinculum e vimine lento in laquei modum contorſit, & ad petram acceſſit, tanquam ovem comprehenſurus. Propior

1 Ὀρχουμένων gloſſema mihi redolere videtur; niſi totum locum cum Wyttenbachio apud Villoiſ. ita conſtituendum cenſeas: ὀρχουμένων ΚΑΤΑ τοῦ ἄντρου. Τῆς μὲν πέτρας πηγὴ ἦν τὸ μεσαίτατον. Equidem leniori medicina huic loco ſuccurri poſſe exiſtimo, verba ita tranſponendo: ἡ ὦα τῆς μεγάλης πέτρας τοῦ ἄντρου ἦν τὸ μεσαίτατον, faſtigium petrae in media antri parte ſitum erat.

2 De πλαγιαύλῳ v. Warton ad Theocr. XX, 29, p. 232.

3 Ita reſtituit e duobus Codd.

εἶδεν, ὧν ἤλπισεν· ἀλλὰ τὴν μὲν, διδοῦσαν πάνυ ἀνθρωπίνως τὴν θηλὴν εἰς ἄφθονον τοῦ γάλακτος ὀλκήν· τὸ δὲ παιδίον ἀκλαυστὶ [1] λάβρως εἰς ἀμφοτέρας τὰς θηλὰς μεταφέρον τὸ στόμα, καθαρὸν καὶ φαιδρὸν, οἷα τῆς ὄϊος τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἀπολιχμωμένης μετὰ τὸν κόρον τῆς τροφῆς. Θῆλυ ἦν τοῦτο τὸ παιδίον, καὶ παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα, γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος, ὑποδήματα ἐπίχρυσα, καὶ περισκελίδες χρυσαῖ. Θεῖον δή τι νομίσας τὸ εὕρημα, καὶ διδασκόμενος παρὰ τῆς ὄϊος ἐλεεῖν τε τὸ παιδίον καὶ φιλεῖν, ἀναιρεῖται μὲν τὸ βρέφος ἐπ' ἀγκώνος, ἀποτίθεται δὲ τὰ γνωρίσματα κατὰ τῆς πήρας, εὔχεται δὲ ταῖς Νύμφαις ἐπὶ τύχῃ χρηστῇ θρέψαι τὴν ἱκέτιν αὐτῶν. Καὶ

vero factus, nihil omnino eorum vidit quae ſperaverat: verum ovem perquam humane ad largum uſque lactis ſuctum ſuae mammae copiam facientem; infantulum autem, abſque ullo vagitu avide modo ad hanc, modo ad illam lactentem mammam os transferentem purum, mundum atque nitidum, utpote cuius tenellam faciem amica allambens lingua detergeret ovis, ubi alumnum lactis cepiſſet ſatietas. Infans haec femella erat, & huic quoque appoſitae erant faſciolae, expoſitae monumenta, mitra nempe auro diſtincta, calceoli inaurati, & periſcelides aureae. Hoc igitur inventum divinitus ſibi obtigiſſe ratus, & ab ove edoctus huiuſce infantis miſereri, eamque amore proſequi, terra ſublatam ulnis excipit, monumenta vero in peram recondit, precatus Nymphas, ut, quod felix fauſtumque ſit, earum ſupplicem educare liceat. Et quoniam iam tempus

Vill. quod verbum compoſitum Longo hac de re magis frequentetur. Reliqui tenent λαβόμενος.

1 Nonnulli Codd. cum ed. Commel. & Iungerm. pro ἀκλαυστὶ habent ἀκλαγγὶ, quod recepit Villoiſ. alterum pro gloſſa habens.

ἐπεὶ καιρὸς ἦν ἀπελαύνειν τὴν ποίμνην, ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, τῇ γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα· παρακελεύεται θυγάτριον νομίζειν, λαμβάνουσαν ὡς ἴδιον τρέφειν. Ἡ μὲν δὴ Νάπη (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο) μήτηρ εὐθὺς ἦν, καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον, ὥστε ὑπὸ τῆς οἴος [1] παρευδοκιμηθῆναι δεδοικυῖα, καὶ τίθεται καὶ αὐτὴ ποιμενικὸν ὄνομα πρὸς πίστιν αὐτῷ, [2] Χλόην.

γ'. Ταῦτα τὰ παιδία ταχὺ μάλα ἠύξησε, καὶ κάλλος αὐτοῖς ἐφαίνετο κρεῖττον ἀγροικίας. ἤδη οὖν ὁ μὲν, πέντε καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς· ἡ δὲ τοσούτων, δυοῖν ἀποδεόντοιν. καὶ ὁ Δρύας καὶ ὁ Λάμων ἐπὶ μιᾶς νυκτὸς ὁρῶσιν ὄναρ τοιόνδέ τι. Εἰδέναι [3] τὰς Νύμφας

erat gregem a paſcuis reducere, caſam repetit, uxori quae vidit exponit, quae invenit, commonſtrat, hortatur, ut filiolam pro ſua agnoſcat atque educet, ac rem, quomodo ſe habet, nulli patefaciat. At Nape, hoc enim illi nomen, mater ſtatim erat, infantem amabat, quaſi metueret, ne ab ove ſuperaretur, eique in humanitate cederet; quin & ipſa nomen illi paſtorale indidit, vocando Chloën, ut ſibi hanc filiam eſſe ſuam dicenti fidem adſtrueret.

III. Et quidem hi infantes brevi temporis ſpatio ingens ceperunt incrementum, & in iis forma elucebat longe quam pro ruſtica ſorte praeſtantior. Iam autem Daphnis annos quindecim erat natus, Chloë vero totidem, ſi duos demſeris, cum Dryanti & Lamoni eadem nocte haec obiecta eſt in ſomniis ſpecies: ſibi videre vi-

1 Villoiſ. coni. ὥσπερ ὑπὸ τῆς οἴος cet. Forte ſimplicius: ἀς ὑπὸ τῆς οἴος.

2 Mollus ſupplendum, legendumque cenſet: πρὸς τὸ εἶναι πίστιν αὐτῷ. Boden vero: πρὸς τὸ ποιῆσαι πίστιν αὐτῷ. Utrumque temere.

3 In Codd. & libris omnibus legitur: εἶναι τὰς N. quod eſſet: *Putabant illas Nymphas eſſe &c.* tum vero ante Δάφνιν inſeri deberet καί. Sed vel ſic contorta manet oratio, narrationiſque ordo. Praeſtat igitur cum ed. Pariſ. reponere εἰδέναι, quod proxime

ἐδόκουν ἐκείνας τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, ἐν ᾧ τὸ παιδίον εὗρεν ὁ Δρύας, Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην [1] παραδιδόναι παιδίῳ μάλα σοβαρῷ καὶ καλῷ, πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων φέροντι, [2] βέλη σμικρὰ ἅμα τοξαρίῳ φέροντι. τὸ δὲ ἑφαψάμενον ἀμφοτέρων ἑνὶ βέλει, κελεῦσαι λοιπὸν ποιμαίνειν, τὸν μὲν τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ τὸ ποίμνιον. Τοῦτο τὸ ὄναρ ἰδόντες, ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες, εἰ ἔσοιντο καὶ ἴσως οὗτοι [3] αἰπόλοι, [4] τύχην ἐκ σπαργάνων ἐπαγγελλόμενοι κρείττονα, δι' ἣν αὐτοὺς καὶ τροφαῖς ἀβροτέραις ἔτρεφον, καὶ γράμματα ἐπαίδευον

debantur Nymphas illas, quae ſervabant antrum, in quo fons ſcaturiebat & infantem Dryas invenerat, Daphnim & Chloën tradentes puero admodum protervo, admodum venuſto, cui alae ex humeris penderent, qui parva ſpicula parvo cum arcu geſtaret; & hunc quidem puerum ambos uno eodemque attingentem telo, iuſſiſſe, ut deinceps ille caprarum, haec ovium gregem paſceret. Et hoc quidem ſomnio viſo doluere paſtores, ſi forte Daphnis ac Chloë caprarum & ovium paſtores & ipſi quoque futuri eſſent, qui tamen meliorem fortunam ex ſuis faſciis de ſe iuberent ſperare; ob quam ſpem etiam illos delicatioribus enutriebant cibis, literaſque, &

ad vulgatam ſcripturam accedit, omnemque difficultatem tollit. Wyttenb. reſcribebat: ἰδεῖν.

1 Ed. Pariſ. καὶ Δάφνιν, καὶ τ. Χλ. At Iungerm. coni. Δάφνιν τε καὶ τ. Χλ. concinnius vero Villoiſ. τόν τε Δάφνιν καὶ τ. Χλ.

2 Cum ſtatim φέροντι recurrat, Dutens e tribus Codd. priore loco repoſuit ἔχοντι. Sed hoc forte Longi negligentiae tribuendum.

3 Collocatio verborum paulo inconcinnior, ob male inculcatum ἴσως, quod & abeſſe poteſt, & abeſt etiam a plurimis Codd. Melius certe ponetur ante ἔσοιντο.

4 Cum puer ille ſupra iuſſerit, ποιμαίνειν, τὸν μὲν (*Daphnim*) τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ (*Chloën*) τὸ ποίμνιον· utroſque αἰπόλους dici non poſſe iure contendit Villoiſ. Accedit, quod ſuperius οἱ ποιμένες plane otioſum ſit, & parum accurate poſitum. Nam Dryas erat ποιμὴν, at Lamon αἰπόλος. Hinc Villoiſonus illud ποιμένες, quod hic defideretur, e ſuperiore loco, quo tranſpoſitum fuerat, repetendum, totumque locum ſic legendum eſſe acute ſuſpicatur: ἤχθοντο μὲν, εἰ ἔσοιντο καὶ οὗτοι ποιμένες καὶ αἰπόλοι.

Digitized by Google

καὶ πάντα ὅσα καλὰ ἦν ἐπ' ἀγροικίᾳ. Ἐδόκει δὲ πείθεσθαι θεοῖς περὶ τῶν σωθέντων προνοίᾳ θεῶν. Καὶ κοινώσαντες ἀλλήλοις τὸ ὄναρ, καὶ θύσαντες τῷ τὰ πτερὰ ἔχοντι παιδίῳ παρὰ ταῖς Νύμφαις (τὸ γὰρ ὄνομα λέγειν οὐκ εἶχον) ὡς ποιμένας ἐκπέμπουσιν αὐτοὺς ἅμα ταῖς ἀγέλαις, ἐκδιδάξαντες ἕκαστα· πῶς δεῖ νέμειν πρὸ μεσημβρίας, πῶς δεῖ νέμειν κοπάσαντος τοῦ καύματος· πότε ἄγειν ἐπὶ ποτόν· πότε ἀπάγειν ἐπὶ κοῖτον· ἐπὶ τίσι καλαύροπι χρηστέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ. Οἱ δὲ, μάλα χαίροντες, ὡς ἀρχὴν μεγάλην παρελάμβανον, καὶ ἐφίλουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα μᾶλλον ἢ ποιμέσιν ἔθος· ἡ μὲν ἐς ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας τὴν αἰτίαν· ὁ δὲ, μεμνημένος ὡς ἐκκείμενον αὐτὸν αἶξ ἀνέθρεψεν.

δ'. Ἦρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν

quaecunque ruri praeclara habebantur, edocebant. Placuit tamen in iis, quae ad infantes Deorum providentia ſervatos pertinerent, morem gerere Diis. Et narrato ſuo ſibi invicem ſomnio, ſacriſque factis aligero illi apud Nymphas puero, huius enim nomen dicere non poterant, mox ut paſtores foras ipſos cum gregibus emittunt, ſingula edoctos: quo pacto ante meridiem paſcere oporteat, quo pacto, poſtquam remiſiſſet aeſtus, quando agere potum, quando ad caulam abigere, in quos utendum pedo, in quos ſola dumtaxat voce. Illi vero oppido exſultantes, quaſi magnum adepti imperium, capras atque oves impenſe diligebant, & quidem multo magis quam paſtorum vulgus ſolet: nam Chloë ad oves ſuae cauſam ſalutis referebat; Daphnis itidem haud immemor erat, quod ſeſe expoſitum capra enutriviſſet.

IV. Initium veris erat, omniumque florum genus per

Digitized by Google

δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια· βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν· ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν· σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων· ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν· ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται· τὰς λόχμας κατῆδον ὄρνιθες. Τοσαύτης δὴ πάντα κατεχούσης εὐωρίας, [1] οἱ ἀπαλοὶ καὶ νέοι, μιμηταὶ τῶν ἀκουομένων ἐγίνοντο καὶ βλεπομένων. ἀκούοντες μὲν τῶν ὀρνίθων ᾀδόντων, ᾖδον· βλέποντες δὲ σκιρτῶντας τοὺς ἄρνας, ἤλλοντο κοῦφα, καὶ τὰς μέλιττας δὲ μιμούμενοι, τὰ ἄνθη συνέλεγον. καὶ τὰ μὲν εἰς τοὺς κόλπους ἔβαλλον· τὰ δὲ, στεφανίσκους πλέκοντες, ταῖς Νύμφαις ἔφερον. Ἔπραττον δὲ κοινῇ πάντα, πλησίον ἀλλήλων νέμοντες. Καὶ πολλάκις μὲν ὁ Δάφνις τῶν προβάτων τὰ ἀποπλανώμενα συνέστελλε· πολλάκις δὲ ἡ Χλόη τὰς θρασυτέρας τῶν

silvas, per prata, per montes vigebat. Iam apum bombus, iam canorarum avium vox aures permulcebat; pecora novella saltu lasciviebant; agni in montibus saliebant, apes in pratis bombilabant, aves nemora cantu personabant. Dum ita placide, sepositis curis, omnia voluptati indulgebant, Daphnis & Chloë, utpote teneri ac iuvenes, visa auditaque imitabantur. Audito avium cantu, canebant; conspecto lascivientium agnorum saltu, & ipsi leviter saltabant; quin & apes aemulabantur, colligentes flosculos, quorum alios gremio inferebant, alios coronis intextos Nymphis afferebant. Prope inter se pascentes, omnia communiter agebant. Et saepe Daphnis oves aberrantes cogebat; saepe Chloë

1 Praeclaram hanc lectionem Villoiſ. e duobus Codd. Pariſ. eruit, & in contextum recepit. Ita quoque offerunt Codd. Flor. & Urſ. Male antea vulgabatur: εὐωδίας. Aeque vitioſe mox edebatur οἱ παλαιοὶ καὶ νέοι, cum tamen ad Daphnim & Chloën ſpectet oratio. De his enim ſolis intelligenda, quae mox ſequuntur: ἔπραττον οἱ κοινῇ πάντα πλησίον ἀλλήλων νέμοντες.

Digitized by Google

αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν. ἤδη δέ τις καὶ τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφρούρησε, θατέρου προσλιπαρήσαντος ἀθύρματι. Ἀθύρματα δὲ ἦν αὐτοῖς ποιμενικὰ καὶ παιδικά. Ἡ μὲν ἀνθερίσκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν[1] ἀνέπλεκε· καὶ περὶ τοῦτο πονουμένη, τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν. Ὁ δὲ, καλάμους ἐκτεμὼν λεπτοὺς, καὶ τρήσας τὰς τῶν γονάτων διαφυὰς, ἀλλήλους τε κηρῷ μαλθακῷ συναρτήσας, μέχρι νυκτὸς συρίζειν ἐμελέτα· καί ποτε δὲ ἐκοινώνουν γάλακτος καὶ οἴνου· καὶ τροφὰς, ἃς οἴκοθεν ἔφερον, εἰς κοινὸν ἔφερον· θᾶττον ἄν τις εἶδε τὰ ποίμνια καὶ τὰς ἀγέλας ἀπ' ἀλλήλων μεμερισμένας, ἢ Χλόην καὶ Δάφνιν.

ε'. Τοιαῦτα δὲ αὐτῶν παιζόντων, τοιάνδε σπουδὴν ἔρως ἀνέπλασε. Λύκαινα τρέφουσα σκύμνους νέους, ἐκ

audaciores capras a praeruptis abigebat locis. Nunc alter, altero ludicris intento, utriusque gregis custodiam agebat. Ludicra autem ipsis pastoralia & puerilia: haec quidem digressa, sublatis alicunde flosculis, capsulam locustis captandis nectebat, & tota in hac re, ovium curam interim omittebat; ille vero, excisis tenuibus calamis, & perforatis internodiorum intervallis, iunctimque inter se molli cera aptatis & conglutinatis, in seram noctem fistula carmen meditabatur. Nonnunquam lac & vinum inter se communicabant, victumque, quem domo attulerant, in commune conferebant: citius quis ovium ac caprarum greges a se invicem disiunctos, quam Chloën atque Daphnim, vidisset.

V. Ipsis autem sic ludentibus talem Amor iniecit curam. Lupa quaedam, recentes alens catulos, proximis ex

1 Codd. quidam: ἀκριδοθήκην. Sed praestat alterum propter Theocriti locum I, 53: αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκρίδοθήραν.

τῶν πλησίον ἀγρῶν ἐξ ἄλλων ποιμνίων πολλάκις ἥρπαζε, πολλῆς τροφῆς ἐς ἀνατροφὴν τῶν σκύμνων δεομένη. Συνελθόντες οὖν οἱ κωμῆται νύκτωρ, σιῤῥοὺς ὀρύττουσι τὸ εὖρος ὀργυιᾶς, [1] τὸ βάθος τεσσάρων. Τὸ μὲν δὴ χῶμα τὸ πολὺ σπείρουσι, κομίσαντες μακράν. ξύλα δὲ ξηρὰ τείναντες ὑπὲρ τοῦ χάσματος, τὸ περιττὸν τοῦ χώματος κατέπασαν, τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα. ὥστε κἂν λαγὼς ἐπιδράμῃ, κατακλᾷ τὰ ξύλα κάρφων ἀσθενέστερα ὄντα, καὶ τότε παρέχει μαθεῖν, ὅτι γῆ οὐκ ἦν, ἀλλὰ μεμίμητο γῆν. Τοιαῦτα πολλὰ ὀρύγματα, κἂν τοῖς ὄρεσι, κἂν τοῖς πεδίοις, ὀρύξαντες, τὴν μὲν λύκαιναν οὐκ εὐτύχησαν λαβεῖν· αἰσθάνεται γὰρ

agris multa ſaepe rapiebat de aliis gregibus, quod alimento copioſo ad ſuos catulos enutriendos opus haberet. Congregati igitur pagani noctu, ſcrobem effodiunt, latitudine unius ulnae, altitudine quatuor. Et quidem humum effoſſam atque egeſtam maiori ex parte diſpergunt, eam procul a foſſa removentes; ſicca autem ligna longa ſuper foſſam intendentes, ea adſperſerunt illa terra, quae ex hac egeſta effoſſaque remanebat, ut ſimilis eſſet foſſa priſtino ſolo, utque vel lepus, ſi percurreret, iſta ligna ſtipulis ipſis fragiliora confringeret, atque tum faceret indicium, quod terra non eſſet, ſed tantummodo terram imitaretur. Multis id genus foſſis per montes, per campos ductis, lupam tamen haudquaquam capere potuerunt; ſentit enim ipſa quoque in hac terra ſubdola & captioſa fraudem ſubeſſe; multas ve-

1 *Unius* ulnae latitudine, at quatuor ulnarum altitudine ſcrobem effodiunt. Hic eſt ſenſus huius loci, adoptata e Codd. Flor. & Urſ. lectione ὀργυιᾶς, pro qua olim legebatur ὀργυιῶν· unde, cum Longus non dixerit, quot patuerit ulnas, aliquid deſiderari Mollus ſuſpicabatur. Quo tamen, recepto ἐργυιᾶς, opus non eſt.

Digitized by Google

καὶ γῆς σεσοφισμένης. πολλὰς δὲ αἶγας καὶ ποίμνια διέφθειραν, καὶ Δάφνιν παρ' ὀλίγον, ὦδε.

στ'. Τράγοι παροξυνθέντες εἰς μάχην συνέπεσον. τῷ οὖν ἑτέρῳ τὸ ἕτερον κέρας, βιαιοτέρας γενομένης συμβολῆς, θραύεται· καὶ ἀλγήσας, φριμαξάμενος ἐς φυγὴν ἐτράπετο. Ὁ δὲ νικῶν κατ' ἴχνος ἑπόμενος, ἄπαυστον ἐποίει τὴν φυγήν. Ἀλγεῖ Δάφνις περὶ[1] τῷ κέρατι, καὶ τῇ θρασύτητι ἀχθεσθεὶς, ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα λαβὼν, ἐδίωκε τὸν διώκοντα. Οἷα δὲ[2] τοῦ μὲν ὑπεκφεύγοντος, τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος, οὐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἡ πρόσοψις ἦν· ἀλλὰ κατὰ χάσματος ἄμφω πίπτουσιν· ὁ τράγος πρότερος, ὁ Δάφνις δεύτερος. Τοῦτο καὶ ἔσωσε Δάφνιν χρήσασθαι καταφορᾶς[3]

ro capras atque oves iuxta perdiderunt, quin & fere Daphnim, casu huiusmodi.

VI. Hirci irritati, ad pugnam concurrerunt. Uni igitur cornu alterum ex violentiori conflictu frangitur; qui dolens inde, fremebundus se in fugam dedit. Victor autem per vestigia insectans fugientem, persequendo non destitit. Daphnis confracto dolens cornu, offensusque illa contumacia, fuste pedoque arreptis, persequentem persequebatur. Uti autem fere fit, altero quidem subterfugiente, altero autem ira abrepto & persequente, non certus satis eorum, quae ad pedes occurrebant, prospectus erat; sed in foveam ambo incidunt, hircus prior, posterior Daphnis. Et hoc ipsum Daphnim servavit, utpote hirco pro vehiculo, quo innixus de-

1 Villoiſ. malit: ἐπὶ τῷ κερ. quod sane solemnius est.

2 Pro δὲ editor Paris. coni. δίκη, ut opponeretur sequenti τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος· quod amplexus est Boden, textuique intulit. Temere.

3 Valken. ap. Villoiſ. praeclare hunc locum sic corrigendum statuit: τὸ χρήσασθαι κατὰ τῆς φορᾶς ὀχήματι τῷ τράγῳ.

ὀχήματι τῷ τράγῳ. Ὁ μὲν, τὸν ἀνιμησόμενον, εἴ τις ἄρα γένοιτο, δακρύων ἀνέμενεν. ἡ δὲ Χλόη θεασαμένη τὸ συμβὰν, δρόμῳ παραγίνεται εἰς τὸν σιρρόν. καὶ μαθοῦσα, ὅτι ζῇ, καλεῖ βουκόλον ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν πλησίον [1] πρὸς ἐπικουρίαν. Ὁ δὲ ἐλθὼν, σχοῖνον ἐζήτει μακρὰν, ἧς ἐχόμενος, ἀνιμώμενος ἐκβήσεται. καὶ σχοῖνος μὲν οὐκ ἦν. ἡ δὲ Χλόη λυσαμένη ταινίαν, δίδωσι καθεῖναι τῷ βουκόλῳ· καὶ οὗτος οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες εἶλκον. Ὁ δὲ ἀνέβη ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς [2] ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν. Ἀνιμήσαντες δὲ καὶ τὸν ἄβλιον τράγον συντεθραυσμένον ἄμφω τὰ κέρατα, (τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε [3] τοῦ νικηθέντος τράγου) τοῦτον μὲν δὴ τυθυσόμενον [4] χαρίζονται σῶστρα τῷ βου-

laberetur, uſum. Atque ille quidem lacrimabundus, a quo extraheretur, ſi quis appareret, exſpectabat; Chloë vero, ut conſpexit, quod evenerat, protinus ad foſſam advolat, atque illum vivere cognoſcens, ex agris vicinis paſtorem auxilio adfuturum vocat. Ille cum adveniſſet, longum quaerebat funem, cui adhaerens Daphnis, extrahi & ſic evadere poſſet. Verum funis ad manum non erat; Chloë igitur ſtatim ſuam ſolvit taeniam, & hanc demittendam bubulco illi porrigit. Atque hi quidem hunc in modum ad labra foſſae ſtantes trahere coeperunt; Daphnis vero taeniam, qua trahebatur, manibus ſubſequendo, aſcendit. Poſtquam autem miſerum illum hircum extraxerunt, cui utrumque cornu confractum fuit, uſque adeo devicti hirci poenas perſecutor dedit, hunc ipſum iamiam immolandum, praemium partae ſalutis, bubulco donarunt, apud ſuos lu-

1 Male Moll. & inde Boden: πλησίαν. Supra I, 5, ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν.

2 Sic Cod. Urſ. & unus Reg. apud Villoiſ. Male vulgo edebatur: τοῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις.

3 Villoiſ. poſt h. v. inſeri iubet τὸν ἐχθρὸν, vel ſimile quid; citra neceſſitatem.

4 Recepi hanc Iungerm. conie-

κόλω. καὶ ἔμελλον ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς οἴκοι λύκων ἐπιδρομὴν, εἴ τις αὐτὸν ἐπόθησεν. Αὐτοὶ δὲ ἐπανελθόντες, ἐπεσκοποῦντο τὴν ποίμνην καὶ τὸ αἰπόλιον· καὶ ἐπεὶ κατέμαθον ἐν κόσμῳ νομῆς καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα, καθίσαντες ἐπὶ στελέχει δρυὸς, ἐσκόπουν μή τι μέρος τοῦ σώματος ὁ Δάφνις ἥμαξε καταπεσών. Τέτρωτο μὲν οὖν οὐδέν, οὐδὲ ἥμακτο οὐδέν· χώματος δὲ καὶ πηλοῦ πέπαστο, καὶ τὰς κόμας, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. ἐδόκει δὲ λούσασθαι, πρὶν αἴσθησιν γενέσθαι τοῦ συμβάντος Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ. Καὶ ἐλθὼν ἅμα τῇ Χλόῃ πρὸς τὸ ἄντρον τῶν Νυμφῶν, [1] τῇ μὲν ἔδωκε καὶ τὸν χιτῶνα, καὶ τὴν πήραν [2] .... ἐγένετο.

porum incurſionem ementituri, ſi quis illum deſideraret. Ipſimet reverſi ovium caprarumque inſpiciunt gregem. Cumque vidiſſent utrumque gregem decenti ordine paſcere, quercus trunco inſidentes, num quam corporis partem inter decidendum Daphnis cruentaſſet, curioſe diſpiciebant. Sed pars nulla laeſa aut cruentata erat; coma tantum corpuſque reliquum humo adgeſtitia coenoque adſperſum. Quare viſum fuit Daphnidi prius ſuum abluere corpus, quam caſus ille innoteſceret Lamoni atque Myrtalae: atque una cum Chloë ad antrum Nympharum, in quo fons erat, accedens, illi peram atque tunicam tradidit .... fuit.

ſturam cum Villoiſ. quam & Valkenaer. vulgatae lectioni praeferendam putavit. Edd. tenent τυθησόμενοι, unde Moll. coni. τεθνεώμενοι, quod liquido exſtat in Cod. Urſ. vel τεθυσόμενον, quod aſſumſit Dutens.

1 Cod. Urſini haec verba inſuper habet: ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, quae quin e gloſſa huc irrepſerint dubitari nequit. Occurrunt vero ſupra I, 3 init. Νύμφας ἐκείνας, τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγή.

cique, ſed ſaltus hi longe illis dulciores; habent enim longioris temporis voluptatem. Quod ſi tibi collibitum fuerit hiſce liberari malis, & experimentum capere voluptatis ac ſuavitatis diu vobis quaeſitae, age, temet mihi iucundum praebe diſcipulum; ego te, in harumce Nympharum gratiam, informabo. Prae voluptate amplius ſibi non temperavit Daphnis; ſed, utpote ruſticus, caprariuſque, amans & adoleſcens, ad genua provolutus, ſupplex oravit Lycaenium, ut quam primum hanc ipſum doceret artem, cuius beneficio, quod vellet, faceret Chloae; & veluti magnam vereque coelo demiſſam rem accepturus eſſet, cum haedum ſe illi largiturum, tum caſeolos tenellos de primo lacte factos, immo ipſam quoque capram, pollicitus eſt. Quare Lycaenium, ubi advertit tam prolixam caprarii liberalitatem, qualem non exſpectaſſet, coepit Daphnim ad iſtum modum inſtituere. Iuſſit illum, ut ſe habebat, iuxta ſe

Digitized by Google

ἔχει, καὶ Φιλήματα Φιλεῖν οἷα εἰώθει καὶ ὅσα, Φιλοῦντα ἅμα καὶ περιβάλλειν καὶ κατακλίνεσθαι χαμαί. Ὡς δὲ ἐκαθέσθη, καὶ ἐΦίλησε, καὶ κατεκλίθη, μαθοῦσα ἐνεργεῖν δυνάμενον καὶ σΦριγῶντα, ἀπὸ μὲν τῆς ἐπὶ πλευρὰν κατακλίσεως ἀνίστησιν, αὐτὴν δὲ ὑποστορέσασα ἐντέχνως, ἐς τὴν τέως ζητουμένην ὁδὸν ἦγε· τὸ δὲ ἐντεῦθεν οὐδὲν περιηγάγετο ξένον· αὐτὴ γὰρ ἡ Φύσις λοιπὸν ἐπαίδευε τὸ πρακτέον.

ιβ'. Τελεσθείσης δὲ τῆς ἐρωτικῆς παιδαγωγίας, ὁ μὲν ΔάΦνις ἔτι ποιμενικὴν ἔχων γνώμην, ὥρμησε τρέχειν ἐπὶ τὴν Χλόην, καὶ ὅσα ἐπεπαίδευτο, δρᾶν αὐτίκα· καθάπερ δεδοικὼς μὴ βραδύνας ἐπιλάθοιτο· ἡ δὲ Λυκαίνιον κατασχοῦσα αὐτὸν, ἔλεξεν ὧδε· „Ἔτι καὶ ταῦτα δεῖ σε μαθεῖν, ὦ ΔάΦνι. Ἐγὼ γυνὴ τυγχάνου-

sedere, nec non oscula figere, qualia & quot consueverat, simul & inter basiandum ruere in amplexus, seseque humi reclinare. Ut ergo sedit, & basiavit, atque reclinato corpore iacuit, ipsa iam edocta eum ad patrandum non solum fortem esse, verum etiam libidine turgere, ab reclinatione in latus facta ipsum erexit, seseque tum perite substernens, illum ad viam diu quaesitam direxit; deinde non ultra peregrinum istum circumduxit, ipsa natura, quod porro agendum restabat, docente.

XII. Peracta tandem hacce amatoria informatione, Daphnis, qui pastoralem adhuc haberet mentem, statim ad Chloën cursum instituit, & quaecunque didicisset, statim exsequi parat, tanquam veritus, ne si paulisper moratus esset, illud ipsum oblivioni traderet. Verum Lycaenium ipsum inhibuit, sic locuta: Insuper ista quoque te discere oportet, Daphni. Ego, quae sum mu-

Digitized by Google

σα πέπονθα νῦν οὐδέν· πάλαι γάρ με ταῦτα ἀνὴρ ἄλλος ἐπαίδευσε, μισθὸν τὴν παρθενίαν λαβών· Χλόη δὲ συμπαλαίουσά σοι ταύτην τὴν πάλην, οἰμώξει καὶ κλαύσεται, καὶ αἵματι κείσεται πολλῷ καθάπερ πεφονευμένη. ἀλλὰ σὺ τὸ αἷμα μὴ φοβηθῇς, ἀλλ' ἡνίκα ἂν πείσῃς αὐτήν σοι παρασχεῖν, ἄγαγε αὐτὴν εἰς τοῦτο τὸ χωρίον, ἵνα, κἂν βοήσῃ, μηδεὶς ἀκούσῃ· κἂν δακρύσῃ, μηδεὶς ἴδῃ· κἂν αἱμαχθῇ, λούσηται τῇ πηγῇ. καὶ μέμνησο, ὅτι σε ἄνδρα ἐγὼ πρὸ Χλόης πεποίηκα.,,

ιγ'. Ἡ μὲν οὖν Λυκαίνιον τοσαῦτα ὑποθεμένη, κατ' ἄλλο μέρος τῆς ὕλης ἀπῆλθεν, ὡς ἔτι ζητοῦσα τὸν χῆνα· ὁ δὲ Δάφνις εἰς λογισμὸν ἄγων τὰ εἰρημένα, τῆς μὲν προτέρας ὁρμῆς ἀπήλλακτο· διοχλεῖν δὲ τῇ Χλόῃ περιττότερον ὤκνει· φιλήματος καὶ περιβολῆς, μήτε βοῆσαι θέλων αὐτὴν ὡς πρὸς πολέμιον, μήτε δακρύ-

lier, nihil nunc paſſa fui inſolens; olim namque me haec vir alius docuit, pro mercede virginitate mea accepta. Chloë autem ubi tecum in hac palaeſtra colluctata fuerit, plorabit eiulabitque; immo iacebit haud ſecus ac vulnerata, multo manans ſanguine. Verum non eſt, quod cruorem timeas; ſed quando illam perſuaſeris, ut tibi morem gerat, tunc tu illam in hunc adducito locum, ubi, ſi forte clamaverit, nemo audiat, ſi lacrimata fuerit, nemo videat, ſi cruore foedata fuerit, fonte ſe abluat; nec unquam oblivioni trade, quod ego te ante virum, quam Chloë, fecerim.

XIII. Hiſce igitur Lycaenium praeceptis traditis ad alteram ſilvae partem feceſſit, veluti ſuum etiamnum anſerem quaeſitura; Daphnidi autem, dicta illa mente agitanti, prior ille impetus deferbuerat, verebaturque ullum Chloae faceſſere negotium ultra oſculum amplexumque, cavens, ne vel illa veluti hoſte conſpecto cla-

Digitized by Google

σαι ὡς ἀλγοῦσαν, μήτε αἱμαχθῆναι καθάπερ πεφονευμένην. ἀρτιμαθὴς γὰρ ὢν ἐδεδοίκει τὸ αἷμα· καὶ ἐνόμιζεν, ὅτι ἄρα ἐκ μόνου τραύματος αἷμα γίνεται. Γνοὺς δὲ τὰ συνήθη τέρπεσθαι μετ' αὐτῆς, ἐξέβη τῆς ὕλης· καὶ ἐλθὼν ἵνα ἐκάθητο στεφανίσκον ἴων πλέκουσα, τόν τε χῆνα τῶν τοῦ ἀετοῦ ὀνύχων ἐψεύσατο ἐξαρπάσαι, καὶ περιθεὶς ἐφίλησεν, οἷον ἐν τῇ τέρψει Λυκαίνιον· τοῦτο γὰρ ἐξῆν ὡς ἀκίνδυνον. Ἡ δὲ τὸν στέφανον ἐφήρμοσεν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ τὴν κόμην ἐφίλησεν, ὡς τῶν ἴων κρείττονα. Καὶ πήρας προκομίσασα [1] παλάθης μοῖραν, καὶ ἄρτους τινὰς, ἔδωκε φαγεῖν· καὶ ἐσθίοντος ἀπὸ τοῦ στόματος ἥρπαζε, καὶ οὕτως ἤσθιεν ὥσπερ νεοττὸς ὄρνιθος.

maret, vel tanquam dolore affecta fleret, vel ſanguine foedaretur tanquam contrucidata. Non ita dudum namque periculum fecerat ipſe, a Methymnaeis plagis affectus; ideoque a ſanguine abhorrebat, ſanguinemque de ſolo vulnere ſequi opinabatur. Itaque cum conſtituiſſet ſe cum illa conſueto modo oblectare, ſilva exceſſit; atque progreſſus ad locum, ubi ſedebat corollam ex violis contexens, anſerem illum aquilae ex unguibus abs ſe extortum mentitus eſt, illique circumfuſus baſiavit, uti Lycaenium in illo ſuavi ludo; illud quippe, utpote extra periculi aleam poſitum, licebat. Illa vero capiti eius ſertum aptavit, comamque, utpote violis longe praeſtantiorem, oſculata eſt; deque pera caricanae maſſae portionem & panes aliquot depromtos porrexit eſum, atque veſcentis ab ore illa rapiens, inſtar aviculae pulli edebat.

1 Omnes fere libri: προσκομίσασα. Alterum tamen habet Cod. Urſ. uti & legendum coni. Hemſterh. in Miſcell. Obſſ. Vol. V, T. III, p. 58. Huetius auctor eſt, legi quoque: καὶ ἐκ πήρας πρὸς παλάθης μοῖραν, quod eſſet: *praeter portionem maſſae ficuum panes etiam e pera depromtas praebuit.* Sane πρὸς παλάθης liquido exſtat in tribus Codd. Pariſ.

Digitized by Google

ιδ'. Ἐσθιόντων αὐτῶν καὶ περιττότερον φιλούντων ὧν ἤσθιον, ναῦς ἁλιέων ὤφθη παραπλέουσα. ἄνεμος μὲν οὐκ ἦν, γαλήνη δὲ ἦν, καὶ ἐρέττειν ἐδόκει· καὶ ἤρετ-τον ἐρρωμένως. ἠπείγοντο γὰρ νεαλεῖς ἰχθῦς εἰς τὴν πόλιν διασώσασθαι τῶν τινι πλουσίων. [1] Οἷον οὖν εἰώθασι ναῦται δρᾶν εἰς καμάτων ἀμέλειαν, τοῦτο κἀκεῖνοι δρῶντες, τὰς κώπας ἀνέφερον· εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς ναυτικὰς ᾖδεν ᾠδάς· οἱ δὲ λοιποὶ, καθάπερ χορὸς, ὁμοφώνως κατὰ καιρὸν τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐβόων. Ἡνίκα μὲν οὖν ἀναπεπταμένῃ τῇ θαλάττῃ ταῦτα ἔπραττον, ἠφανίζετο ἡ βοὴ χεομένης τῆς φωνῆς εἰς πολὺν ἀέρα· ἐπεὶ δὲ ἄκρα τινὶ ὑποδραμόντες εἰς κόλπον μηνοειδῆ καὶ κοῖλον εἰσήλασαν, μείζων μὲν ἠκούετο βοὴ, σαφῆ δὲ ἐξέπιπτεν εἰς τὴν γῆν τὰ τῶν κελευσμάτων

XIV. Dum edunt ipſi, crebriuſque oſcula ingerunt, quam eſcam, navis quædam piſcatoria, quae oram legebat, viſa fuit. Nullus erat ventus, & malacia altaque erat maris tranquillitas. Remigare itaque viſum, remiſque valide incumbentes feſtinabant recens captos piſces cuidam ex opulentis civibus in urbem vivos afferre. Quod igitur facere amant nautae ad laborem fallendum, hoc idem illi egerunt, dum remos attollebant: unus inter ipſos hortator nauticos faciebat modos; reliqui, ſicuti chorus, una voce conclamantes, per certa intervalla, ipſius vocem excipiebant. Quamdiu itaque in aperto mari haec fiebant, evaneſcebat clamor, per auras videlicet voce diffuſa; at poſtquam promontorium ſubierunt, inque ſinum lunatim flexuoſum & concavum ingreſſi fuerunt, ibi ut fortior exaudiebatur vox, ita clara in continentem excidebant celeuſmatum car-

1 Debetur haec lectio Hemſterh. ad Lucian. T. I, p. 82, cum inficete Codd. & edd. legant τῶν τινων πλουσίων.

ἄσματα. κοῖλος γὰρ τῷ πεδίῳ αὐλὼν ὑποκείμενος, καὶ τὸν ἦχον εἰς αὑτὸν ὡς ὄργανον δεχόμενος, πάντων τῶν λεγομένων μιμητὴν φωνὴν ἀπεδίδου· ἰδίᾳ μὲν τῶν κωπῶν τὸν ἦχον, ἰδίᾳ δὲ τὴν φωνὴν τῶν ναυτῶν· καὶ ἐγίνετο ἄκουσμα τερπνόν. Φθανούσης τῆς ἀπὸ τῆς θαλάττης φωνῆς, ἡ ἐκ τῆς γῆς φωνὴ τοσοῦτον ἐπαύετο βραδίον, ὅσον ἤρξατο. Ὁ μὲν οὖν Δάφνις εἰδὼς τὸ πραττόμενον, μόνῃ τῇ θαλάττῃ προσεῖχε· καὶ ἑτέρπετο τῇ νηὶ παρατρεχούσῃ τὸ πεδίον θᾶττον πτεροῦ, καὶ ἐπειρᾶτό τινα διασώσασθαι τῶν ἀσμάτων, ὡς γένοιτο τῆς σύριγγος μέλη. Ἡ δὲ Χλόη τότε πρῶτον πειρωμένη τῆς καλουμένης ἠχοῦς, ποτὲ μὲν εἰς τὴν θάλατταν ἀπέβλεπε τῶν ναυτῶν κελευόντων, ποτὲ δὲ εἰς τὴν ὕλην ὑπέστρεφε ζητοῦσα τοὺς ἀντιφωνοῦντας. Καὶ ἐπεὶ παραπλευσάντων ἦν καὶν τῷ αὐλῶνι σιγὴ, ἐπυνθάνετο τοῦ

mina. Cava namque convallis campo ſubiecta clamorem illum in ſe velut organum quoddam recipiebat, & omnium, quae proferebantur, aemulam reddebat vocem; ſeparatim videlicet remorum ſtrepitum, ſeparatim etiam clamorem iſtum nauticum reddebat, & erat iucundum auditu. Praevertente a mari ſono, ex terra ſonus tanto deſinebat ſerior, quanto tardior inceperat. Daphnis igitur non ignarus, quid ageretur, animum ad mare ſolum advertit, delectatus navigio terram ocius volucre praeterlabente, tentabatque conſervare ex his cantiunculis quaſdam, quas ſua deinde caneret fiſtula. Chloë autem, tum primum illam, quae Echo appellatur, experta, modo mare reſpiciebat, dum nautae ſuum celeuſma canebant, modo in ſilvam oculos avertebat, quaerens eos, qui clamore reſponderent. Poſtquam autem praeternavigaſſent, & tunc in convalle ſilentium factum fuiſſet, ex Daphnide percontabatur, num a ter-

Δάφνιδος, εἰ καὶ ὀπίσω τῆς ἄκρας ἐστὶ θάλαττα, καὶ ναῦς ἄλλη παραπλεῖ, καὶ ἄλλοι ναῦται τὰ αὐτὰ ᾄδον, καὶ ἅμα πάντες σιωπῶσι; Γελάσας οὖν ὁ Δάφνις ἡδύ, καὶ φιλήσας ἥδιον φίλημα, καὶ τὸν τῶν ἴων στέφανον ἐκείνῃ περιθεὶς, ἤρξατο αὐτῇ μυθολογεῖν τὸν μῦθον τῆς Ἠχοῦς, αἰτήσας, εἰ διδάξειε, μισθὸν παρ' αὐτῆς ἄλλα φιλήματα δέκα.

ιε'. „ Νυμφῶν, ὦ κόρη, πολὺ γένος, Μελικαὶ, Δρυάδες, καὶ Ἕλειοι· πᾶσαι καλαὶ, πᾶσαι μουσικαί. Καὶ μιᾶς τούτων θυγάτηρ Ἠχὼ γίνεται· θνητὴ μὲν, ὡς ἐκ πατρὸς θνητοῦ· καλὴ δὲ, ὡς ἐκ μητρὸς καλῆς. Τρέφεται μὲν ὑπὸ Νυμφῶν, παιδεύεται δὲ ὑπὸ Μουσῶν συρίζειν, αὐλεῖν τὰ πρὸς λύραν, τὰ πρὸς κιθάραν, πᾶσαν ᾠδήν· ὥστε καὶ παρθενίας εἰς ἄνθος ἀκμάσασα ταῖς Νύμφαις συνεχόρευε, ταῖς Μούσαις συνῇδεν· ἄρρενας δὲ

go huius promontorii etiam eſſet mare, ſive alia praeterveheretur navis, aliive nautae eadem canerent, cunctique ſimul tacerent. Suaviter igitur Daphnis ridens, & ſuaviori oſculo impreſſo, impoſitaque illi violacea corolla, coepit ei fabulam de Echo narrare, ſtipulatus ab illa pro docendo, alia decem baſia, operae mercedem.

XV. Nympharum, mea puella, multiplex genus eſt. Sunt Meliae, ſunt Dryades, ſunt etiam paluſtres, formoſae omnes, omnes canendi peritae. Uni ex hiſce filia Echo naſcitur; mortalis quidem, ut patre nata mortali, formoſa vero, ut ex matre itidem formoſa. Educatur a Nymphis, docetur a Muſis fiſtula canere, tibiam inflare, pulſare lyram, cithara perſonare, denique omnem muſicen. Et inde poſtquam adolevit & ad aetatis florem pervenit, ſimul cum Nymphis choreas ducebat, ſimul cum Muſis concinebat; virginitatis amans,

Digitized by Google

ἔΦευγε πάντας, καὶ ἀνθρώπους καὶ Θεοὺς, Φιλοῦσα τὴν παρθενίαν. Ὁ Πὰν ὀργίζεται τῇ κόρῃ, τῆς μουσικῆς Φθονῶν, τοῦ κάλλους μὴ τυχών· καὶ μανίαν ἐμβάλλει τοῖς ποιμέσι καὶ τοῖς αἰπόλοις. Οἱ δὲ ὥσπερ κύνες ἢ λύκοι διασπῶσιν αὐτὴν, καὶ ῥίπτουσιν εἰς πᾶσαν γῆν ἔτι ἄδουσαν [1] τὰ μέλη. Καὶ τὰ μέλη Γῆ, χαριζομένη Νύμφαις, ἔκρυψε πάντα· καὶ ἐτήρησε τὴν μουσικὴν, καὶ γνώμῃ Μουσῶν ἀΦίησι Φωνήν· καὶ μιμεῖται πάντα, καθάπερ τότε ἡ κόρη, Θεοὺς, ἀνθρώπους, ὄργανα, θηρία· μιμεῖται καὶ αὐτὸν συρίττοντα τὸν Πᾶνα. Ὁ δὲ ἀκούσας, ἀναπηδᾷ, καὶ διώκει κατὰ τῶν ὀρῶν, οὐκ

mares fugiebat omnes, tam homines, quam Deos. Pan, huic puellae ſuccenſens, & hanc canendi peritiam invidens, & illius formae repulſam paſſus, furorem opilionibus caprariiſque immittit: hi vero haud aliter, quam canes aut lupi, illam diſcerpunt, & iactant quoquo terrarum cantabunda adhuc membra. Verum ea cuncta Terra in gratiam Nympharum ita condidit, ut canendi vim ſervarent, & Muſarum decreto vocem emitterent, atque nihil non imitarentur, quemadmodum tunc puella, Deos, homines, organa, beſtias, immo & ipſum Panа, ſi quando fiſtula canit. Quo audito ille ſubſilit, & per montes infectari incipit, non ut illa potiatur, ſed

1 Alii ᾄδουτα. Utcunque legas, eodem redit. Si vulgatum tenes, erit: *diſcerpunt eam etiamnum modulantem carmina.* Ex altera vero lectione ſenſus oritur hic: *iactant cantabunda adhuc membra.* Idem de Orpheo Virgil. Ge. IV, 522: *Diſcerptum Latos iuvenem ſparſere per agros. Tum quoque, marmorea caput a cervice revulſum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus Volveret, Eurydicen vox ipſa & frigida lingua, Ah miſeram Eurydicen! anima fugiente vocabat.* Ceterum Wyttenb. cum μέλη diverſo hic ſenſu poni videret, ut notent & carmina & membra, quod ſane perquam abſurdum eſſe lubentes ei damus, totum locum ſic refingit: καὶ ῥίπτουσιν εἰς πᾶσαν γῆν τὰ μέλη· καὶ ταῦτα μὲν Γῆ χαρ. κ. τ. λ. Sed perlecta eius nota ſtatim vidi legendum καὶ τὰ μὲν ἡ Γῆ χ. quod & Villoiſono in mentem veniſſe mox animadverti.

ἐρῶν τυχεῖν, ἀλλ' ἢ τοῦ μαθεῖν, τίς ἐστιν ὁ λανθάνων μαθητής. ,,

ιστ'. Ταῦτα μυθολογήσαντα τὸν Δάφνιν, οὐ δέκα μόνον φιλήματα, ἀλλὰ πάνυ πολλὰ κατεφίλησεν ἡ Χλόη· μικροῦ γὰρ καὶ τὰ αὐτὰ εἶπεν ἠχώ, καθάπερ μαρτυροῦσα, ὅτι μηδὲν ἐψεύσατο. Θερμοτέρου δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γιγνομένου τοῦ ἡλίου, οἷα τοῦ μὲν ἧρος παυομένου, τοῦ δὲ θέρους ἀρχομένου, πάλιν αὐτοῖς ἐγίνοντο καιναὶ τέρψεις καὶ θέρειοι. ὁ μὲν γὰρ ἐνήχετο ἐν τοῖς ποταμοῖς, ἡ δὲ ἐν ταῖς πηγαῖς ἐλούετο· ὁ μὲν ἐσύριζεν ἀμιλλώμενος πρὸς τὰς πίτυς, ἡ δὲ ἤδε ταῖς ἀηδόσιν ἐρίζουσα· ἐθήρων ἀκρίδας λάλους, ἐλάμβανον τέττιγας ἠχοῦντας, ἄνθη συνέλεγον, δένδρα ἔσειον, ὀπώρας ἤσθιον· ἤδη ποτὲ καὶ γυμνοὶ συγκατεκλίθησαν, καὶ ἐν θέρμα αἰγὸς ἐπεσύραντο. Καὶ ἐγένετο ἂν γυνὴ Χλόη ῥᾳδίως, εἰ μὴ Δάφνιν ἐτάραξε τὸ αἷμα. Ἀμέλει καὶ

ut intelligat, quisnam clandestinus ille sit discipulus.

XVI. Ubi Daphnis haec ita enarrasset, non decem modo oscula, sed innumera a Chloë retulit; eadem enim fere sonuit Echo, suo veluti testimonio confirmans, illum nihil fuisse mentitum. Iam in dies sole magis magisque fervente, utpote vere desinente & aestate ineunte, iterum illis oboriuntur novae aestivaeque voluptates. Quippe natabat ille in fluviis, abluebat se illa fontibus; ille fistula cum pinis certabat, haec cantu cum luscinis contendebat. Venabantur locustas garrulas, cicadas capiebant resonantes, flores legebant, fructus arboribus decutiebant, poma comedebant. Iam randem nudi concubuere, atque una caprae pelle instrati iacuere. Et mulier facile Chloë fuisset facta, nisi Daphnim sanguinis e primo coitu effluentis cogitatio ex-

Digitized by Google

δεδοικὼς μὴ νικηθῇ τὸν λογισμόν ποτε, πολλὰ γυμνοῦσθαι τὴν Χλόην οὐκ ἐπέτρεπεν· ὥστε ἐθαύμαζε μὲν ἡ Χλόη, τὴν δὲ αἰτίαν ἠδεῖτο πυθέσθαι.

ιζ'. Ἐν τῷ θέρει τῷδε καὶ μνηστήρων πλῆθος ἦν περὶ τὴν Χλόην, καὶ πολλοὶ πολλαχόθεν ἐφοίτων παρὰ Δρύαντα πρὸς γάμον αἰτοῦντες αὐτήν· καὶ οἱ μέν τι δῶρον ἔφερον, οἱ δὲ ἐπηγγέλλοντο μεγάλα. Ἡ μὲν οὖν Νάπη ταῖς ἐλπίσιν ἐπαιρομένη, συνεβούλευσεν ἐκδιδόναι τὴν Χλόην, μηδὲ κατέχειν οἴκοι πρὸς πλέον τηλικαύτην κόρην, ἢ τάχα μικρὸν ὕστερον νέμουσα τὴν παρθενίαν ἀπολέσει, καὶ ἄνδρα ποιήσεταί τινα τῶν ποιμένων ἐπὶ μήλοις ἢ ῥόδοις· ἀλλ' ἐκείνην τε ποιῆσαι δέσποιναν οἰκίας, καὶ αὐτοὺς πολλὰ λαβόντας, ἰδίῳ φυλάττειν αὐτὰ καὶ γνησίῳ παιδίῳ. (ἐγεγόνει δὲ αὐτοῖς ἄῤῥεν παιδίον οὐ πρὸ πολλοῦ τινος.) Ὁ δὲ Δρύας ποτὲ

terruiſſet. Certe veritus, ne ratio aliquando ſua dimoveretur ſede, crebro nudari Chloën non permittebat: id igitur mirabatur Chloë, ſed cauſam eius ſciſcitari verebatur.

XVII. Iſta aeſtate complures Chloën ambiebant proci, & undique frequentes veniebant ad Dryantem, ipſam ſibi uxorem petentes: quorum alii donum aliquod afferebant, alii magna promittebant. Nape itaque, ſpe incitata, auctor elocandi Chloën fuit, rata non eſſe conſultum tam grandem puellam diutius detinere domi, quae forſan paulo poſt inter paſcendum virginitatem amiſſura eſſet, & virum aliquem paſtorem facturа, roſis maliſque acceptis; ſed potius illam matrem familias conſtituere, & multa illa accepta dona proprio genuinoque ſervare filio: namque non multo ante ipſis puellus erat prognatus maſculus. Ac Dryas quidem mo-

Digitized by Google

μὲν ἐθέλγετο τοῖς λεγομένοις· μείζονα γὰρ ἢ κατὰ ποιμαίνουσαν κόρην δῶρα ὠνομάζετο παρ' ἑκάστου· ποτὲ δὲ ὡς κρείττων ἐστὶν ἡ παρθένος μνηστήρων γεωργῶν, καὶ, εἴ ποτε τοὺς ἀληθινοὺς γονέας εὕροι, μεγάλως αὐτοὺς εὐδαίμονας θήσει, ἀνεβάλλετο τὴν ἀπόκρισιν, καὶ εἵλκε χρόνον ἐκ χρόνου, καὶ ἐν τῷ τέως ἀπεκέρδαινεν οὐκ ὀλίγα δῶρα.

ιή. Ἡ μὲν δὴ μαθοῦσα, λυπηρῶς πάνυ διῆγε, καὶ τὸν Δάφνιν ἐλάνθανεν ἐπιπολὺ, λυπεῖν οὐ θέλουσα. ὡς δὲ ἐλιπάρει καὶ ἐνέκειτο πυνθανόμενος, καὶ ἐλυπεῖτο μᾶλλον μὴ μανθάνων, ἢ ἔμελλε μαθὼν, πάντα αὐτῷ διηγεῖται· τοὺς μνηστευομένους, ὡς πολλοὶ καὶ πλούσιοι· τοὺς λόγους, οὓς ἡ Νάπη σπεύδουσα πρὸς τὸν γάμον ἔλεγεν· ὡς οὐκ ἀπείπατο Δρυὰς, ἀλλ' ὡς εἰς τὸν τρυγητὸν ἀναβέβληται. Ἔκφρων ἐπὶ τούτοις ὁ Δάφνις γί-

do hiſce ſermonibus deliniebatur; maiora namque, quam pro paſtoritia puella, enumerabantur a ſingulis munera: interdum vero reputans, illam praeſtantiorem eſſe, quam quae ruſticis illis elocanda eſſet procis, quodque, ſi quando ſuos veros parentes inveniret, ipſos admodum beatos eſſet redditura, ſuum differebat reſponſum, nectendoque moras tempus de tempore ducebat, & interea temporis non pauca inde lucrabatur munera.

XVIII. Illa vero, hoc intellecto, magno in moerore degebat, idque Daphnim celabat longo tempore, huic aegre facere nolens. Cum vero inſtaret urgeretque percontando, & magis contriſtari videretur ignarus, quam ſi gnarus foret, omnia illi recenſere orſa eſt: videlicet quam ſint multi & locupletes, qui nuptias ipſius ambiant, quae verba Nape ad nuptias feſtinans dixerit, quomodo Dryas non abnuiſſet, ſed in vindemiam diſtuliſſet. Hiſce auditis amens fit Daphnis, & ſedens col-

Digitized by Google

νεται, καὶ ἐδάκρυσε καθήμενος, ἀποθανεῖσθαι μηκέτι νεμούσης [1] Χλόης λέγων· καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ πρόβατα μετὰ τοιοῦτον ποιμένα. Εἶτα ἀνενεγκὼν ἀνεθάρρει, καὶ πείσειν ἐνενόει τὸν πατέρα, καὶ ἕνα τῶν μνωμένων αὐτὸν ἠρίθμει, καὶ πολὺ κρατήσειν ἤλπιζε τῶν ἄλλων. Ἦν αὐτὸν ἐτάραττεν· οὐκ ἦν Λάμων πλούσιος· τοῦτο αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα μόνον λεπτὴν εἰργάζετο. Ὅμως δὲ ἐδόκει μνᾶσθαι, καὶ τῇ Χλόῃ συνεδόκει. Τῷ Λάμωνι μὲν οὖν οὐδὲν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, τῇ Μυρτάλῃ δὲ θαρρήσας καὶ τὸν ἔρωτα ἐμήνυσε, καὶ περὶ τοῦ γάμου λόγους προσήνεγκεν. ἡ δὲ τῷ Λάμωνι νύκτωρ ἐκοινωνήσατο. Σκληρῶς δὲ ἐκείνου τὴν ἔντευξιν ἐνεγκόντος, καὶ λοιδορήσαντος, εἰ παιδὶ θυγάτριον ποιμένων προξενεῖ, μεγάλην ἐν τοῖς γνωρίσμασιν ἐπαγγελλο-

lacrimare coepit, mortem oppetere se velle, si privaretur Chloë, affirmans; nec se ipsum solum, sed & oves, tali pastore amisso. Deinde cum sese collegisset, animum recipiebat, & constituebat hoc Chloës persuadere patri, & inter reliquos procos suum profitebatur nomen, sperabatque fore, ut ceteros longe superaret. Id tantum eum terrebat; Lamon scilicet non erat dives: hoc unum ipsius spes tenues efficiebat. Nihilominus ambire decrevit, censuitque ita faciendum Chloë. Porro Lamoni nihil ausus fuit eloqui: at Myrtalae, fiducia sumta, non solum amorem indicavit, verum & de nuptiis sermonem iniecit. Haec cum Lamone noctu rem omnem communicavit. Duriter autem illo hunc sermonem accipiente, acriterque illam obiurgante, quod pastorum filiam copulatam vellet puero ingentem fortu-

1 Sic e duobus Codd. restituit Villois. Ita quoque legi voluere prior edit. Paris. & Bernard. ad Synes. de Febr. p. 42. Vulgatum tamen μενούσης tuetur Boden, qui istam coniecturam satis lepidam vocat.

μένῳ τύχην, ὃς αὐτοὺς, εὑρὼν τοὺς οἰκείους, καὶ ἐλευθέρους θήσει, καὶ δεσπότας ἀγρῶν μειζόνων· ἡ Μυρτάλη δὲ ἔρωτα φοβουμένη, μὴ τελέως ἀπελπίσας ὁ Δάφνις τὸν γάμον, τολμήσει τι θανατῶδες, ἄλλας αὐτῷ τῆς ἀντιρρήσεως αἰτίας ἀπήγγελλε. „Πένητες ἐσμὲν, ὦ παῖ, καὶ δεόμεθα νύμφης φερούσης τὶ μᾶλλον· οἱ δὲ πλούσιοι καὶ πλουσίων νυμφίων δεόμενοι. Ἴθι δὴ, πεῖσον Χλόην, ἡ δὲ τὸν πατέρα, μηδὲν αἰτεῖν μέγα, καὶ γαμεῖν· πάντως δέ που κἀκείνη φιλεῖ σε, καὶ βούλεται συγκαθεύδειν πένητι καλῷ μᾶλλον, ἢ πιθήκῳ πλουσίῳ.„

ιθ'. Μυρτάλη μὲν οὔποτε ἐλπίσασα Δρύαντα τούτοις συντεθήσεσθαι, μνηστῆρας ἔχοντα πλουσιωτέρους, εὐπρεπῶς ὤφετο παρητῆσθαι τὸν γάμον. Δάφνις δὲ οὐκ εἶχε μέμφεσθαι τὰ λελεγμένα· [1] λειπόμενος δὲ πολὺ

nam ſuis pollicenti monumentis, qui ipſos, repertis ſuis parentibus, non ſolummodo liberos, ſed etiam agrorum latiorum dominos conſtiturus ſit; Myrtale timens, ne Daphnis, deſperatis omnino nuptiis, prae amoris vehementia necem ſibi inferret, alias ipſi, cur Lamon contradixiſſet, cauſas renuntiavit. Pauperes ſumus, mi fili; quin potius opus habemus, quae conferat aliqua ſponſa: illi contra opulenti, & qui opulentos expetant ſponſos. Nunc perſuade Chloae, illa autem patri ſuo, ne quid magnum petat, ſed ut omnino connubere vos ſinat. Illa te amat, & mavult cum paupere formoſo, quam cum divite ſimio concumbere.

XIX. Myrtale, nunquam ſperans fore, ut Dryas hiſce conſenſum adhiberet, utpote qui longe divitiores haberet procos, ſpecioſas ſatis recuſationis nuptiarum cauſas ſeſe allegaſſe exiſtimabat. Daphnis autem dicta redarguere nequibat; at cum longe ab iis abeſſet, quae

1 Ita duo Codd. Villoiſ. & unus Urſ. Vulgo λεγόμενα· minus apte.

Digitized by Google

τῶν αἰτουμένων, τὸ σύνηθες ἐρασταῖς πενομένοις ἔπραττεν· ἐδάκρυε, καὶ τὰς Νύμφας αὖθις ἐκάλει βοηθούς. αἱ δὲ αὐτῷ καθεύδοντι νύκτωρ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐφίστανται σχήμασιν, ἐν οἷς καὶ πρότερον· ἔλεγε δὲ ἡ πρεσβυτάτη πάλιν· „Γάμου μὲν μέλει τῆς Χλόης ἄλλῳ θεῷ· δῶρα δέ σοι δώσομεν ἡμεῖς, ἃ θέλξει Δρύαντα. Ἡ ναῦς ἡ τῶν Μυθυμναίων νεανίσκων, ἧς τὸν λύγον αἱ σαί ποτε αἶγες κατέφαγον, ἡμέρᾳ μὲν ἐκείνῃ μακρὰν τῆς γῆς ὑπηνέχθη πνεύματι· νυκτὸς δὲ, πελαγίου ταράξαντος ἀνέμου τὴν θάλατταν, εἰς τὴν γῆν εἰς τὰς ἄκρας πέτρας ἐξεβράσθη. Αὐτὴ μὲν οὖν διεφθάρη, καὶ πολλὰ τῶν ἐν αὐτῇ· βαλάντιον δὲ τρισχιλίων δραχμῶν ὑπὸ τοῦ κύματος ἀπεπτύσθη, καὶ κεῖται Φυκίοις κεκαλυμμένον πλησίον δελφῖνος νεκροῦ, δι' ὃν οὐδεὶς οὐδὲ προσῆλθεν ὁδοιπόρος, τὸ δυσῶδες τῆς σηπεδόνος παρατρέχων.

exſpectaret, quod ſolemne eſt amatoribus, egeſtate laborantibus, id agebat: plorabat, & Nympharum iterum implorabat auxilium. Eae autem ipſi, cum dormitaret, noctis tempore ſuperveniunt, illa ipſa forma & habitu, quo prius. Atque rurſus natu maxima verba faciebat: De nuptiis quidem Chloës alius Deus curam ſuſcepit; nos autem ea tibi dabimus munera, quae Dryanta demulcebunt. Navis illa, quae Methymnaeorum iuvenum erat, cuius vimineum funem tuae quondam capellae corroſerunt, eodem illo die longe a terra in altum provecta fuit; nocte vero, vento ex alto ſpirante mareque turbante, ad terram in arduas cautes eſt eiecta. Ipſamet igitur periit, multaque, quae in ea erant coniecta; at marſupium ter mille drachmis plenum, a fluctu excuſſum eiectumque, iacet alga coopertum prope delphinem mortuum, propter quem nullus viator acceſſit, putredinis huius foetorem praeter-

Digitized by Google

Ἀλλὰ σὺ πρόσελθε, καὶ προσελθὼν ἀνελοῦ, καὶ ἀνελόμενος δός. ἱκανόν σοι δόξαι νῦν μὴ πένητι· χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔσῃ καὶ πλούσιος.,,

κ'. Αἱ μὲν ταῦτα εἰποῦσαι, τῇ νυκτὶ συναπῆλθον. Γενομένης δὲ ἡμέρας ἀναπηδήσας ὁ Δάφνις περιχαρὴς ἤλαυνε ῥοίζῳ πολλῷ τὰς αἶγας εἰς τὴν νομήν· καὶ τὴν Χλόην φιλήσας, καὶ τὰς Νύμφας προσκυνήσας, κατῆλθεν ἐπὶ θάλατταν, ὡς περιῤῥάνασθαι θέλων· καὶ ἐπὶ τῆς ψάμμου πλησίον τῆς κυματωγῆς [1] ἐβάδιζε ζητῶν τὰς τρισχιλίας. ἔμελλε δὲ ἄρα οὐ πολὺν κάματον ἕξειν· ὁ γὰρ δελφὶς οὐκ ἀγαθὸν ὀδωδὼς αὐτῷ προσέπιπτεν ἐῤῥιμμένος καὶ μυδῶν, οὗ τῇ σηπεδόνι καθάπερ ἡγεμόνι χρώμενος ὁδοῦ, προσῆλθέ τε εὐθὺς, καὶ τὰ φυκία ἀφελὼν, εὑρίσκει τὸ βαλάντιον ἀργυρίου μεστόν.

iens. Sed tu accurrito, cumque acceſſeris, tollito, &, poſtquam ſuſtuleris, dato. Sat tibi nunc eſt, non pauperem videri; tempore vero tandem eris & dives.

XX. Hiſce dictis illae ſimul cum nocte abierunt. Orto autem die proſiliens e lecto Daphnis plenus gaudii, magno cum impetu paſtum agebat greges, atque oſculatus Chloën, adoratiſque Nymphis, ad mare aſcendit quaſi ſe abluturus. Ibi tum in ſabulo, prope litus, quo fluctus allidebantur, inambulabat, illa terna drachmarum millia quaerens. Atqui haud multus labor ipſi impendendus erat: quippe delphin male olens, ibi proiectus & putreſcens, naribus eius incurrit, cuius putredinem quaſi viae ducem nactus, confeſtim adeſt, & fuco marino remoto, plenam argenti crumenam invenit.

1 Codd. duo Pariſ. & unus Urſ. & inde edd. κυματούσης γῆς, quae gloſſa eſt alterius lectionis κυματωγῆς, quae deprehenditur in Codd. Flor. & altero Urſ. & in ora Cod. Pariſ. Ita quoque legendum cenſuerunt Valken. & Hemſterh. ad Lucian. T. I, p. 174.

Τοῦτο ἀνελόμενος, καὶ εἰς τὴν πήραν ἐνθέμενος, οὐ πρόσθεν ἀπῆλθε, πρὶν τὰς Νύμφας εὐφημῆσαι καὶ αὐτὴν τὴν θάλατταν· καίπερ γὰρ αἰπόλος ὢν, ἤδη καὶ τὴν θάλατταν ἐνόμιζε τῆς γῆς γλυκυτέραν, ὡς εἰς τὸν γάμον αὐτῷ τὸν Χλόης συλλαμβάνουσαν.

κά. Εἰλημμένος δὲ τῶν τρισχιλίων, οὐκέτ' ἔμελλεν· ἀλλ', ὡς πάντων ἀνθρώπων πλουσιώτατος, οὐ μόνον τῶν ἐκεῖ γεωργῶν, αὐτίκα ἐλθὼν παρὰ τὴν Χλόην, διηγεῖται τὸ ὄναρ, δείκνυσι τὸ βαλάντιον, κελεύει τὰς ἀγέλας φυλάττειν, ἕς τ' ἂν ἐπανέλθῃ· καὶ συντείνας, σοβεῖ παρὰ τὸν Δρύαντα. καὶ εὑρὼν πυρούς τινας ἀλωνοτριβοῦντα μετὰ τῆς Νάπης, πάνυ θρασὺν ἐμβάλλει λόγον περὶ γάμου. „Ἐμοὶ δὸς Χλόην γυναῖκα. ἐγὼ καὶ συρίζειν οἶδα καλῶς, καὶ κλᾶν ἄμπελον, καὶ φυτὰ κατορύττειν· οἶδα καὶ γῆν ἀροῦν, καὶ λικμῆσαι πρὸς

Suſtulit hanc, & in peram ſuam condidit; nec tamen prius abiit, quam bona verba dixiſſet Nymphis, & ipſi mari. Tametſi enim caprarius eſſet, iam tamen mare terra iucundius cenſebat, utpote quod in nuptiis Chloës conciliandis ſibi opem tuliſſet.

XXI. Nactus autem tria illa millia drachmarum, nihil amplius morabatur; ac veluti non modo agricolarum illic degentium, ſed etiam omnium mortalium ditiſſimus, ſtatim ad Chloën venit, eique ſomnium enarrat; iubet illam gregem tantiſper cuſtodire, donec ipſe redeat; citatoque gradu ad Dryanta fertur animoſe, eumque inveniens frumenta quaedam in area una cum Nape triturantem, magna cum fiducia talem de matrimonio infert ſermonem: Chloën mihi in uxorem tradito. Ego novi canere egregie fiſtula, putare vitem, & ſtirpem in terram infodere. Novi etiam arare terram, & frumentum ad ventum vanno excutere. Quomodo vero

Digitized by Google

ἄνεμον· ἀγέλην δὲ ὅπως νέμω, μάρτυς Χλόη· πεντήκοντα αἶγας παραλαβὼν, διπλασίονας πεποίηκα· ἔθρεψα καὶ τράγους μεγάλους καὶ καλούς· πρότερον δὲ ἀλλοτρίοις τὰς αἶγας ὑπεβάλλομεν. ἀλλὰ καὶ νέος εἰμὶ, καὶ γείτων ὑμῖν ἄμεμπτος· καί με ἔθρεψε αἰξ, ὡς Χλόην ὄις. τοσοῦτον δὲ τῶν ἄλλων κρατῶν, οὐδὲ δώροις ἡττηθήσομαι· ἐκεῖνοι δώσουσιν αἶγας καὶ πρόβατα, καὶ ζεῦγος ψωραλέων βοῶν, καὶ σῖτον μηδὲ ἀλεκτορίδας θρέψαι δυνάμενον· παρ' ἐμοῦ αἰδὲ ὑμῖν τρισχίλιαι· μόνον ἔστω τοῦτο μηδεὶς, μὴ Λάμων αὐτὸς οὑμὸς πατήρ.,, Ἅμα τε ἐδίδου, καὶ περιβαλὼν κατεφίλει.

κβ'. Οἱ δὲ παρ' ἐλπίδα ἰδόντες τοσοῦτον ἀργύριον, αὐτίκα τε δώσειν ἐπηγγέλλοντο τὴν Χλόην, καὶ πείσειν ὑπισχνοῦντο Λάμωνα. Ἡ μὲν οὖν Νάπη μετὰ τοῦ Δάφνιδος αὐτοῦ μένουσα, περιήλαυνε τοὺς βοῦς, καὶ

gregem paſcam, teſtis eſt Chloë: quinquaginta capras acceptas duplicavi; educavi etiam ingentes atque formoſos hircos, cum antea alienis meas ſubmitterem capras. Denique ſum iuvenis, & vicinus veſter inculpatae vitae. Quin me capra educavit, ſicuti Chloën ovis. Cum autem tanto alios intervallo poſt me relinquam, neque in donis illis quidquam conceſſerim. Dabunt illi capras oveſque, & par boum ſcabioſorum, nec non frumentum, ne gallinis quidem cibandis idoneum. A me vero tria haecce drachmarum millia habebitis. Tantum hoc nemo reſciſcat, ne ipſe quidem Lamon meus parens. Simulque porrigebat, atque Dryanta complexus oſculabatur.

XXII. Illi, ex inſperato tanta vi argenti conſpecta, e veſtigio Chloën huic uxorem ſpondebant, idemque ſe Lamoni perſuaſuros pollicebantur. Nape autem, cum Daphnide ibidem manens, boves circumagebat, & tri-

Digitized by Google

τοῖς τριβίοις [1] κατειργάζετο τὸν στάχυν· ὁ δὲ Δρύας θησαυρίσας τὸ βαλάντιον ἔνθα ἀπέκειτο τὰ γνωρίσματα, ταχὺς παρὰ τὸν Λάμωνα καὶ τὴν Μυρτάλην ἐφέρετο, μέλλων παρ' αὐτῶν, τὸ καινότατον, μνᾶσθαι νυμφίον. Εὑρὼν δὲ κἀκείνους κριθία μετροῦντας οὐ πρὸ πολλοῦ λελικμημένα, ἀθύμως τε ἔχοντας ὅτι μικροῦ δεῖν ὀλιγώτερα ἦν τῶν καταβληθέντων σπερμάτων, ἐπ' ἐκείνοις μὲν παρεμυθήσατο, κοινὴν ὁμολογήσας αἰτίαν πανταχοῦ γεγονέναι· τὸν δὲ Δάφνιν ἠτεῖτο Χλόη, καὶ ἔλεγεν ὅτι πολλὰ ἄλλων διδόντων, οὐδὲν παρ' αὐτῶν λήψεται, μᾶλλον δέ τοι οἴκοθεν αὐτοῖς ἐπιδώσει· συντετράφθαι [2] γὰρ ἀλλήλους, κἂν τῷ νέμειν συνῆφθαι

bulis ſpicas comminuebat. Dryas hic recondito marſupio, ubi monumenta repoſita habebat, citato gradu ad Lamona Myrtalenque ferebatur, ab iis, quod novum inſolitumque, ſponſum petiturus. Quos cum offendiſſet hordea metientes modo ventilata, animoſque deſpondentes, quod ferme pauciora eſſent, quam quae terrae mandaſſent ſemina, de illis eos conſolari aggreſſus eſt, ubique locorum communem hanc eſſe querelam profeſſus; & petebat Chloae Daphnim, dicens: Licet alii non pauca darent, ſe nihil quidquam a Lamone Myrtalaque accepturum; immo potius de ſuis bonis inſuper largiturum; ſimul namque eos educatos, & inter paſcendum ea coniunctos amicitia, quae facile di-

1 Iungermannus legendum ſtatuebat: καὶ τοῖς τριβόλοις, h. e. *tribulo*, ſ. vehiculo, quo maturae fruges in area terebantur, & grana e ſpicis excutiebantur. Quam coniecturam cum Dutenſ. recepit Villoiſ. At Boden coni. καὶ τοῖς κριθίοις κ. τ. λ. Equidem vulgatam lectionem mutare non auſim; nam utraque vox, τρίβολος & τρίβιον, de vehiculo triturae inſerviente hic tantum occurrit, & τρίβιον eodem quo τρίβολος analogiae iure gaudet.

2 Praeclara haec eſt Villoiſoni emendatio, cum vitioſe antea legeretur: συντέτραπται γὰρ ἀλλήλοις, κἂν τῷ νέμειν συνῆπται φιλία — μὴ δυναμένη. Sed eandem fere corrigendi rationem inſtitue-

Digitized by Google

Φιλίᾳ ῥᾳδίως λυθῆναι μὴ δυναμένῃ· ἤδη δὲ καὶ ἡλικίαν ἔχειν ὡς καθεύδειν καὶ μετ' ἀλλήλων.

κγ'. Ὁ μὲν ταῦτα καὶ ἔτι πλείω ἔλεγεν, οἷα τοῦ πεῖσαι ἄβλον ἔχων τὰς τρισχιλίας. Ὁ δὲ Λάμων ἔτι μήτε πενίαν προβάλλεσθαι δυνάμενος· αὐτὸς γὰρ οὐχ ὑπερηΦάνευν· μήτε ἡλικίαν ΔάΦνιδος· ἤδη γὰρ μειράκιον ἦν· τὸ μὲν ἀληθὲς, οὐδ' ὡς ἐξηγόρευσεν, ὅτι κρείττων ἐστὶ τοιούτου γάμου· χρόνον δὲ σιωπήσας ὀλίγον, οὕτως ἀπεκρίνατο· „Δίκαια ποιεῖτε τοὺς γείτονας προτιμῶντες τῶν ξένων, καὶ πενίας ἀγαθῆς πλοῦτον μὴ νομίζοντες κρείττονα. ὁ Πὰν ὑμᾶς ἀντὶ τῶνδε καὶ αἱ ΝύμΦαι Φιλήσειαν. Ἐγὼ δὲ σπεύδω μὲν καὶ αὐτὸς τὸν γάμον· καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην, ἡμιγέρων τε ὢν ἤδη, καὶ

velli nequeat: iam vero etiam eos ea esse aetate, qua mutui consortes tori esse possent.

XXIII. Dryas quidem haec & alia plura dicebat, quippe qui persuadendi praemium domi ter mille drachmas haberet. Lamon vero haudquaquam amplius paupertatem suam obtendere poterat illi; namque non fastidiebant: neque Daphnidis aetatem; iam enim erat adolescens. Quod tamen erat verum, ne sic quidem eloqui voluit, scilicet Daphnim talibus nuptiis longe superiorem esse; sed cum aliquamdiu conticuisset, ita respondit: Aequum facitis, qui vicinos peregrinis praefertis, & pauperie honesta non potiores aestimatis divitias. Pan & Nymphae pro iis vos suo amore dignentur. Egomet ipse ad nuptias maturandas pronus sum; utique namque insanirem, qui semisenex iam sum, &

re iam Huet. & Valkenar. nimirum: συντετράφθαι γὰρ ἀλλήλοις, καὶ τῷ νήμειν συνῆφθαι φιλίαν — μὴ δυναμένην. Si Codd. & edd. lectionem συντέθραπται κ. τ. λ. retinendam censeas, post ἀλλήλοις cum Amyoto subaudies ἔλεγεν, quod & ipsum ferri potest.

χειρὸς εἰς τὰ ἔργα δεόμενος περιττοτέρας, ὡς μὴ καὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον Φίλον προσλαβεῖν. ἀγαθόν τι μέγα· περισπούδαστος δὲ καὶ Χλόη, καλὴ καὶ ὡραία κόρη, καὶ πάντα ἀγαθή· δοῦλος δὲ ὢν, οὐδενός εἰμι τῶν ἐμῶν κύριος· ἀλλὰ δεῖ τὸν δεσπότην μανθάνοντα ταῦτα συγχωρεῖν. Φέρε οὖν, ἀναβαλλώμεθα τὸν γάμον εἰς τὸ μετόπωρον· ἀφίξεσθαι τότε λέγουσιν αὐτὸν οἱ παραγινόμενοι πρὸς ἡμᾶς ἐξ ἄστεος. τότε ἔσονται ἀνὴρ καὶ γυνή· νῦν δὲ φιλείτωσαν ἀλλήλους ἀδελφοί. Ἴσθι μόνον, ὦ Δρύα, τοσοῦτον· σπεύδεις περὶ μειράκιον κρεῖττον ἡμῶν.„ Ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν, ἐφίλησέ τε αὐτὸν, καὶ ὤρεξε ποτὸν ἤδη μεσημβρίας ἀκμαζούσης, καὶ προὔπεμψε μέχρι τινὸς φιλοφρονούμενος πάντα.

κδ'. Ὁ δὲ Δρύας οὐ παρέργως ἀκούσας τὸν ὕστερον

manibus ad opera quotidiana indigeo pluribus, nisi & veſtrae familiae amicitiam mihi adiungerem. Magnum quiddam hoc bonum, magnoque quae affecterur ſtudio digna Chloë, honeſta atque formoſa puella, omnino in omnibus rebus optima: verum ſervus cum ſim, nullius meorum ſum dominus; ſed neceſſe eſt, ut dominus meus, certior factus, haec permittat. Age igitur, nuptias in autumnum differamus; tunc meum dominum adventurum aiunt, qui ex urbe ad nos venerunt. Erunt tunc maritus & uxor: nunc fraterno ſeſe invicem proſequantur amore. Tantum, o Drya, hoc unum ſcito: affectas & ambis iuvenem longe nobis potiorem. His dictis Lamon oſculum Dryanti dedit, potumque porrexit, cum iam tum ſol meridianus incaleſceret; eumque ad aliquid loci deduxit, omni humanitatis officio proſecutus.

XXIV. Dryas, non oſcitanter poſtremo hoc Lamonis

Digitized by Google

λόγον τοῦ Λάμωνος, ἐφρόντιζε βαδίζων καθ' αὑτὸν, ὅστις ὁ Δάφνις; „Ἐτράφη μὲν ὑπὸ αἰγὸς ὡς κηδομένων θεῶν· ἔστι δὲ καλὸς καὶ οὐδὲν ἐοικὼς σιμῷ γέροντι καὶ μαδῶσῃ γυναικί. εὐπόρησε δὲ καὶ τρισχιλίων, ὅσον οὐδὲ ἀχράδων εἰκὸς ἔχειν αἰπόλον. Ἆρα καὶ τοῦτον ἐξέθηκέ τις ὡς Χλόην; ἆρα καὶ τοῦτον εὗρε Λάμων ὡς ἐκείνην ἐγώ; ἆρα καὶ γνωρίσματα ὅμοια παρέκειτο τοῖς εὑρεθεῖσιν ὑπ' ἐμοῦ; Ἐὰν ταῦτα οὕτως, ὦ δέσποτα Πὰν, καὶ Νύμφαι φίλαι, τάχα οὗτος, τοὺς ἰδίους εὑρὼν, εὑρήσει τι καὶ τῶν Χλόης ἀπορρήτων. „

κέ. Τοιαῦτα μὲν πρὸς αὐτὸν ἐφρόντιζε, καὶ ὠνειροπόλει μέχρι τῆς ἄλω. Ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ, καὶ τὸν Δάφνιν μετέωρον πρὸς τὴν ἀκοὴν καταλαβὼν, ἀνέρρωσέ τε γαμβρὸν προσαγορεύσας, καὶ τῷ μετοπώρῳ τοὺς γά-

sermone audito, inter ambulandum secum cogitare coepit, quisnam tandem hic esset Daphnis. Enutritus quidem a capra fuit, tanquam non sine cura numinum; est facie decora, nullaque ex parte similis simo seni, & mulieri glabrae. Habuit praeterea tria millia drachmarum, quantam ne pirorum quidem vim credibile est caprarium habere. Ecquid & hunc aliquis exposuit, sicuti Chloën? Ecquid & hunc invenit Lamon pari fortuna, atque ego illam? Ecquid & monumenta abiecta fuerunt similia iis, quae a me sunt inventa? Quod si haec ita se habeant, domine Pan, caraeque Nymphae, hicce suis inventis propinquis, forsan & de Chloës aliquid reperiet secretis.

XXV. Talia quidem animo volvebat suo, somniabatque, usque dum veniret in aream: quo progressus, Daphnim arrectis auribus suspensum deprehendit, confirmavitque, gener salve, dicens; & autumno nuptias se

Digitized by Google

μους θήσειν [1] ἐπαγγέλλεται· δεξιάν τε ἔδωκεν, ὡς οὐδενὸς ἐσομένης, ὅτι μὴ Δάφνιδος, Χλόης. Θᾶττον οὖν νοήματος, μηδὲν πιὼν μηδὲ φαγὼν, παρὰ τὴν Χλόην κατέδραμε· καὶ εὑρὼν αὐτὴν ἀμέλγουσαν καὶ τυροποιοῦσαν, τόν τε γάμον εὐηγγελίζετο, καὶ ὡς γυναῖκα λοιπὸν μὴ λανθάνων κατεφίλει, καὶ ἐκοινώνει τοῦ πόνου· ἤμελγε μὲν εἰς γαυλοὺς τὸ γάλα· ἐνεπήγνυ δὲ ταρσοῖς τοὺς τυρούς· προσέβαλλε ταῖς μητράσιν ἄρνας καὶ τοὺς ἐρίφους.

κστ'. Καλῶς δὲ ἐχόντων τούτων, ἀπελούσαντο, ἐνέφαγον, ἔπιον, περιήεσαν ζητοῦντες ὀπώραν ἀκμάζουσαν· ἦν δὲ ἀφθονία πολλὴ διὰ τὸ τῆς ὥρας πάμφορον· πολλαὶ μὲν ἀχράδες, πολλαὶ δὲ ὄχναι, πολλὰ δὲ μῆλα· τὰ μὲν ἤδη πεπτωκότα κάτω· τὰ δὲ ἔτι ἐπὶ τῶν

facturum promiſit, dexteramque dedit in fidem, quod nullius, praeterquam Daphnidis, coniux Chloë eſſet futura. Cogitatione itaque celerius, ne quidem potu vel cibo deguſtato, ad Chloën accurrit: quam cum offendiſſet mulgentem, caſeoloſque prementem, laetum hoc de matrimonio apportat nuntium, atque deinceps illam non furtim, ſed ut uxorem deoſculatur, inque communionem laboris veniebat. Mulgebat lac in mulctralia, conſpiſſatos indebat cratibus caſeos, admovebat matribus agnos & haedos.

XXVI. Poſtquam haec bene fuerunt curata, aqua ſe abluerunt, cibum & potum ſumſerunt, circumvagati ſunt quaeſitum fructus maturos. Horum quidem ſuppetebat magna copia, quia omnium ferax haec anni tempeſtas erat. Multa pira erant ſilveſtria, multa hortenſia, multa mala: quorum alia humi deciderant, alia ad-

1 Elſner. Obſſ. ſacr. I, p. 100, em. θύσειν· ſatis commode.

φυτῶν· τὰ ἐπὶ γῆς, εὐωδέστερα· τὰ ἐπὶ τῶν κλάδων, εὐανθέστερα· τὰ μὲν, οἷον οἶνος ἀπῶζε· τὰ δὲ, οἷον χρυσὸς ἀπέλαμπε. Μία μηλέα τετρύγητο, καὶ οὔτε καρπὸν εἶχεν, οὔτε φύλλον· γυμνοὶ πάντες ἦσαν οἱ κλάδοι. καὶ ἐν μήλον ἐπέθετο ἐν αὐτοῖς ἄκροις ἀκρότατον, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῶν πολλῶν τὴν εὐωδίαν ἐνίκα μόνον. Ἐδεισεν ὁ τρυγῶν ἀνελθεῖν· ἠμέλησε καθελεῖν· τάχα δὲ καὶ ἐφύλαττε τὸ καλὸν μῆλον ἐρωτικῷ ποιμένι. Τοῦτο τὸ μῆλον ὡς εἶδεν ὁ Δάφνις, ὥρμα τρυγᾶν ἀνελθὼν, καὶ Χλόης κωλυούσης ἠμέλησεν. Ἡ μὲν ἀμεληθεῖσα, ὁρμηθεῖσα πρὸς τὰς ἀγέλας ἀπῆλθε· Δάφνις δὲ ἀναδραμὼν, ἐξίκετο τρυγῆσαι, καὶ κομίσαι δῶρον Χλόῃ, καὶ λόγον τοιόνδε εἶπεν ὠργισμένῃ·

κζ'. „Ὦ παρθένε, τοῦτο τὸ μῆλον ἔφυσαν Ὧραι

huc arboribus adhaerebant. Sed quae humi iacebant, fragrantiora; quae de ramis pendebant, venuſtiora erant: illa ceu vinum fragrabant; haec ceu aurum fulgebant. Una malus ſtabat, cuius iam omnia poma erant ablecta, quae neque fructum, neque frondes haberet, cuiuſque omnes rami nudati eſſent: ſed malum unicum in ipſo vertice ſupremum haerebat, magnum ac pulchrum, quodque multorum aliorum fragrantiam ſolum vinceret. Scilicet qui reliqua decerpſerat, eo aſcendere metuerat, ideoque iſtud inde avellere neglexerat. Forte vero & eximium illud pomum amanti paſtori ſervabatur. Hoc malum ut conſpexit Daphnis, enixus decerpere geſtiebat, atque Chloën impedientem neglectui habuit. Haec neglecta citato gradu ad greges abiit. Ceterum Daphnis, poſtquam aſcendiſſet, eo pervenit, ut decerperet, donumque Chloae afferret, & talia verba iratae dixit:

XXVII. Mea virgo, hoc pomum, quod vides, anni

Digitized by Google

καλαὶ, καὶ Φυτὸν καλὸν ἔθρεψε, πεπαίνοντος ἡλίου, καὶ ἐτήρησεν ἡ τύχη. καὶ οὐκ ἔμελλον αὐτὸ καταλιπεῖν ὀΦθαλμοὺς ἔχων, ἵνα πέσῃ χαμαὶ, καὶ ἡ ποίμνιον αὐτὸ πατήσῃ νεμόμενον, ἢ ἑρπετὸν Φαρμάξῃ συρόμενον, ἢ χρόνος δαπανήσῃ κείμενον,[1] βλεπόμενον, ἐπαινούμενον. τοῦτο Ἀφροδίτη κάλλους ἔλαβεν ἆθλον· τοῦτο ἐγώ σοι δίδωμι νικητήριον. Ὁμοίως ἔχομεν τοὺς σοὺς[2] μάρτυρας· ἐκεῖνος ἦν ποιμὴν, αἰπόλος ἐγώ. „ Ταῦτα εἰπὼν ἐντίθησι τοῖς κόλποις. ἡ δὲ ἐγγὺς γενόμενον κατεΦίλησεν· ὥστε ὁ ΔάΦνις οὐ μετέγνω τολμήσας ἀνελθεῖν εἰς τοσοῦτον ὕψος· ἔλαβε γὰρ κρεῖττον καὶ χρυσοῦ μήλου Φίλημα.

aetates pulchrae pepererunt, hoc arbor egregia enutrivit, sol ad maturitatem perduxit, & conservavit fortuna. Quod non potui, cum oculos habeam, relinquere, ne, si humi defluerer, vel pecus illud inter pascendum pedibus conculcaret, vel serpens, dum prorepit, venenaret, vel tempus illud absumeret proiectum, ac solummodo oculis & laudibus usurpatum. Hoc Venus in certamine suae formae praemium tulit; hoc idem ego tibi do palmarium. Eiusdem conditionis, ac Venus, tu testes habes. Paris erat opilio; caprarius ego. Hisce dictis, hoc malum illius gremio imposuit; at illa propius accedentem osculata est: ita ut Daphnim non poeniteret audaciae, qua prorepserat in tantam altitudinem; namque osculum vel aureo malo pretiosius accepit.

1 Wyttenb. coni. κρεμάμενον, quod de pomo iacente minus bene κεῖσθαι dicatur. Sequentia βλεπόμενον, ἐπαινούμενον, puncto post κείμενον infixo, Valkenar. egregie sic refingit: βλέπε μὲν εὖ πεπαινόμενον.

2 Huet. coni. ἐμοίως ἔχομεν τούτου μάρτυρες, vel, ὁμοίους ἐχομένην τοῦ κάλλους μάρτυρας. Villoison. autem, ὁμοίως ἔχομεν τοῦ σοῦ (vel οἱ τοῦ σοῦ) κάλλους μάρτυρες. Vel, ὁμοίους μὲν ἔχεις καὶ ἴσους μάρτυρας. Denique, ἐμοίως ἔχομεν τόσου (vel τοσούτου) κάλλους μάρτυρες. Ex his equidem priorem rationem verosimillimam censeo.

ΛΟΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ
ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

ΚΕΦ. α'.

Ἦκων δέ τις ἐκ τῆς Μιτυλήνης ὁμόδουλος τοῦ Λάμωνος, ἤγγειλεν ὅτι ὀλίγον πρὸ τοῦ τρυγητοῦ ὁ δεσπότης ἀφίξεται, μαθησόμενος μήτι τοὺς ἀγροὺς ὁ τῶν

LONGI
PASTORALIUM
DE
DAPHNIDE ET CHLOE
LIBER QUARTUS.

CAP. I.

Adveniens autem ex Mitylenarum urbe quidam Lamonis conſervus, herum paulo ante vindemiam venturum nuntiavit, cogniturum, num quod damnum ſuis

Digitized by Google

Μηθυμναίων εἰσπλους ἐλυμήνατο. Ἤδη οὖν τοῦ θέρους ἀπιόντος, καὶ τοῦ μετοπώρου προσιόντος, παρεσκεύαζεν αὐτῷ τὴν καταγωγὴν ὁ Λάμων εἰς πᾶσαν θέας ἡδονήν· πηγὰς ἐξεκάθαιρεν, ὡς ὕδωρ καθαρὸν ἔχοιεν· τὸν κόπρον ἐξεφόρει τῆς αὐλῆς, ὡς ἀπόζουσα μὴ διοχλοίη· τὸν παράδεισον ἐθεράπευεν, ὡς ὠφθείη καλός. Ἦν δὲ ὁ παράδεισος πάγκαλόν τι χρῆμα, καὶ κατὰ τοὺς βασιλικούς. ἐκτέτατο μὲν εἰς σταδίου μῆκος, ἐπέκειτο δὲ ἐν χώρῳ μετεώρῳ, τὸ εὖρος ἔχων πλέθρων τεσσάρων. εἴκασεν ἄν τις αὐτὸν πεδίῳ μακρῷ· εἶχε δὲ πάντα δένδρα, μηλέας, μυρρίνας, ὄχνας, καὶ ῥοιὰς, καὶ συκῆν, καὶ ἐλαίας· ἑτέρωθι ἄμπελον ὑψηλήν· καὶ ἐπέκειτο ταῖς μηλέαις καὶ ταῖς ὄχναις περκάζουσα, καθάπερ περὶ τοῦ καρποῦ αὐταῖς προσερίζουσα. τοσαῦτα ἥμερα.

agris intuliſſet appulſus ille Methymnaeorum. Aeſtate igitur iam abeunte, & autumno adventante, Lamon ſedulo allaborare coepit, quo domino ſuo talis manſio praepararetur, in qua nihil, quod oculis non eſſet gratum, occurreret. Fontes emundabat, ut illimes unda clara pellucerent; fimum ex caula egerebat, ne ſuo foetore ullam crearet moleſtiam; hortum ſumma cura excolebat, ut omni amoenitate rideret. Hic autem hortus profecto res erat valde pulcherrima, & in morem regalium hortorum. Excurrebat ad ſtadii magnitudinem; ſitus erat in loco celſo, latitudine complectens quaterna iugera; ut quis iure ipſum campo per planum porrecto aſſimilaſſet. Ferebat porro omnigenas arbores, malos, myrtos, piros, malos punicas, ficus, oleas; & alibi proceram vitem, quae foeta nigreſcente uva, malis & piris incumbebat, perinde ac ſi de fructu cum illis contenderet. Atque hae quidem erant ſativae arbo-

Digitized by Google

ἦσαν δὲ καὶ κυπάριττοι, καὶ δάφναι, καὶ πλάτανοι, καὶ πίτυς· ταύταις πάσαις ἀντὶ τῆς ἀμπέλου κιττὸς ἐπέκειτο· καὶ ὁ κόρυμβος αὐτοῦ μέγας ὢν καὶ μελαινόμενος, βότρυν ἐμιμεῖτο. ἔνδον ἦν τὰ καρποφόρα φυτὰ καθάπερ φρουρούμενα· ἔξωθεν περιειστήκει τὰ ἄκαρπα, καθάπερ θριγχὸς χειροποίητος· καὶ ταῦτα μέντοι λεπτῆς αἱμασιᾶς περιέβει περίβολος. τέτμητο καὶ διεκέκριτο πάντα, καὶ στέλεχος στελέχους ἀφειστήκει. ἐν μετεώρῳ δὲ οἱ κλάδοι συνέπιπτον ἀλλήλοις, καὶ ἐπήλλαττον τὰς κόμας· ἐδόκει μέντοι καὶ ἡ τούτων φύσις εἶναι τέχνης.[1] ἦσαν καὶ ἀνθῶν πρασιαὶ, ὧν τὰ μὲν ἔφερεν ἡ γῆ, τὰ δὲ ἐποίει τέχνη· ῥοδωνιὰ, καὶ ὑάκινθοι, καὶ κρίνα, χειρὸς ἔργα· ἰωνιὰς, καὶ ναρκίσσους, καὶ ἀναγαλλίδας ἔφερεν ἡ γῆ. σκιά τε ἦν θέρους, καὶ

res. Nec minus ibi cypariſſi, lauri, platani, & pini creſcebant; quibus omnibus loco vitis imminebat hedera, cuius corymbus ingens & nigreſcens uvam aemulabatur. Intus quaſi praeſidio aliquo munitae fructiferae ſtirpes continebantur; quas foris ſteriles circumvallabant, haud ſecus ac ſepimentum humano artificio fabrefactum. Porro ſeptum e tenui maceria factum haec omnia ambiebat. Secto limite erant digeſta & diſcreta omnia, truncique a truncis abiungebantur. In ſublimi invicem rami coibant & frondes conſociabant. Putaſſet utique quis, haec, quae natura ſane ita ſe habebant, etiam ab arte profecta. Erant & florum areolae, quorum alios producebat terra, alios induſtria humana. Roſae nempe, hyacinthi, & lilia, manu ſata atque culta; violas, narciſſos, anagallidas ſponte ſubmittebat humus. Aeſtate

1 Sic omnes Codd. & edd. eſtque exquiſitior lectio prae Molliana coniectura τεχνίτις, quam in textum admiſit Boden. Wyttenb. tranſpoſito ἡ ita legebat: δοκεῖ μέντοι καὶ τούτων ἡ φύσις εἶναι τεχνίτις.

ἦρος ἄνθη, καὶ μετοπώρου τρυφὴ,[1] καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν ὀπώρα. Ἐντεῦθεν εὔοπτον μὲν ἦν τὸ πεδίον, καὶ ἦν ὁρᾶν τοὺς νέμοντας· εὔοπτος δὲ ἡ θάλαττα, καὶ ἐωρῶντο οἱ παραπλέοντες· ὥστε καὶ ταῦτα μέρος ἐγίνετο τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς. Ἵνα τοῦ παραδείσου τὸ μεσαίτατον ἐπὶ μῆκος καὶ εὖρος ἦν, νεὼς Διονύσου καὶ βωμὸς ἦν. περιεῖχε τὸν μὲν βωμὸν κιττὸς, τὸν νεὼν δὲ κλήματα· εἶχε δὲ καὶ ἔνδοθεν ὁ νεὼς διονυσιακὰς γραφὰς, Σεμέλην τίκτουσαν, Ἀριάδνην καθεύδουσαν, Λυκοῦργον δεδεμένον, Πενθέα διαιρούμενον· ἦσαν καὶ Ἰνδοὶ νικώμενοι καὶ Τυρρηνοὶ μεταμορφούμενοι· πανταχοῦ Σάτυροι, πανταχοῦ Βάκχαι χορεύουσαι· οὐδὲ ὁ Πὰν ἠμέλητο· ἐκαθέζετο δὲ καὶ αὐτὸς συρίζων ἐπὶ πέτρας, ὅμοιος[2]

ibi umbra, vere florum amoenitas, autumno vindemiarum deliciae, & quavis anni tempestate fructus. Ab hoc loco campus despici poterat, eratque videre pascentes: despici poterat & mare, conspiciebanturque qui navibus praeterveherentur; adeo ut & hoc horti deliciis merito accenseri posset. In ipso vero horti meditullio, qua aeque in longitudinem ac latitudinem extendebatur, delubrum Baccho & ara erant posita: aram hedera, delubrum palmites cingebant. Erant etiam in interiori delubri parte picturae, Bacchi res gestas ob oculos ponentes, videlicet parientem Semelen, Ariadnen somno sopitam, Lycurgum vinculis constrictum, Penthea discerptum exhibentes. Hic victi stabant Indi, atque transformati Tyrrheni. Ubique Satyri, ubique Bacchae choreas ducentes. Neque omissus Pan, qui in petra, sua canens fistula, sedebat similis accinenti commune car-

1 Iungerm. coni. τρύγη. Hinlopen vero totum locum sic transponit: καὶ μετοπώρου ὀπώρα, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν τρυφή. Ingeniose admodum.

2 Tres Codd. Paris. & edd. Commel. Florent. & Iungerm. ὅμοιον, quod referendum ad συρίζων.

ἐνδιδόντι κοινὸν μέλος καὶ τοῖς πατοῦσι καὶ ταῖς χορευούσαις.

β'. Τοιοῦτον ὄντα τὸν παράδεισον ὁ Λάμων ἐθεράπευε, τὰ ξηρὰ ἀποτέμνων, τὰ κλήματα ἀναλαμβάνων. τὸν Διόνυσον ἐστεφάνωσε τοῖς ἄνθεσιν· ὕδωρ ἐπωχέτευσε· πηγή τις, ἣν εὗρεν ἐς τὰ ἄνθη Δάφνις, ἐσχόλαζε μὲν τοῖς ἄνθεσιν, [ἡ πηγὴ] [1] Δάφνιδος δὲ ὅμως ἐκαλεῖτο πηγή. Παρεκελεύετο δὲ καὶ τῷ Δάφνιδι ὁ Λάμων παίνειν τὰς αἶγας ὡς δυνατὸν μάλιστά που, πάντως καὶ κείνας λέγων ὄψεσθαι τὸν δεσπότην ἀφικόμενον [2] διὰ μακροῦ. ὁ δὲ ἐθάρρει μὲν ὡς ἐπαινηθησόμενος ἐπ' αὐταῖς· διπλασιονάς τε γὰρ, ὧν ἔλαβεν, ἐποίησε, καὶ λύκος οὐδὲ μίαν ἥρπαζε, καὶ ἦσαν πιότεραι τῶν

men tam calcantibus viris, quam feminis tripudiantibus.

II. In hoc igitur tali horto Lamon omnem navabat operam, quo excultum atque politum daret, cum arida excidendo, tum palmites adstringendo pedamentisve alligando. Bacchum floribus coronabat, aquam per canales derivabat. Fons quidam a Daphnide floribus irrigandis inventus, operam quidem floribus dabat, Daphnidis tamen fons appellabatur. Hic Daphnim hortabatur Lamon, ut pingues nitidasque, quam maxime possit, capras redderet, dicens, omnino illas herum, non longum post tempus adventurum, esse visurum. Bono erat animo Daphnis, utpote laudem caprarum nomine promeriturus; duplo namque quam sibi traditus fuerat, capellarum gregem reddiderat auctiorem, neque ullam lupus abstulerat, & ipsis ovibus obesiores erant. Cum

1 Parum concinne antea legebatur, πηγή τις, ἣν ε. ε. τ. α. Δάφνις· ἐσχ. μ. τ. α. ἡ πηγή· Δάφν. δὲ ὅμ. ἐκαλεῖτο πηγή. Quod uncis inclusimus vocabulum, e glossa ortum puta. Ita quoque iudicabat Villoisi.

2 Hinlopen & Lefevre coni. οὐ διὰ μακροῦ. Villoison. vero ἀφιξόμενον. Utrumque sine idonea causa. Nam praecedit ὀψεσθαι, & διὰ μακροῦ innuit longam domini absentiam.

Digitized by Google

οἷων. Βουλόμενος δὲ προθυμότερον αὐτὸν γενέσθαι πρὸς τὸν γάμον, πᾶσαν θεραπείαν καὶ προθυμίαν προσέφερεν, ἄγων τε αὐτὰς πάνυ ἕωθεν, καὶ ἀπάγων τὸ δειλινόν· δὶς ἠγεῖτο ἐπὶ ποτόν· ἀνεζήτει δὲ εὐνομώτατα τῶν χωρίων· ἐμέλησεν αὐτῷ καὶ σκαφίδων καινῶν, καὶ γαυλῶν πολλῶν, καὶ ταρσῶν μειζόνων. Τοσαύτη δὲ ἦν κηδεμονία, ὥστε καὶ τὰ κέρατα ἤλειφε, καὶ τὰς τρίχας ἐθεράπευε. Παυὸς ἄν τις ἱερὰν ἀγέλην ἔδοξεν ὁρᾶν. Ἐκοινώνει δὲ παντὸς εἰς αὐτὰς καμάτου καὶ ἡ Χλόη· καὶ τῆς ποίμνης παραμελοῦσα, τὸ πλέον ἐκείναις [1] ἐσχόλαζε· ὥστε ἐνόμιζεν ὁ Δάφνις δι' ἐκείνην αὐτὰς φαίνεσθαι καλάς.

γ'. Ἐν τούτοις οὖσιν αὐτοῖς, δεύτερος ἄγγελος ἐλθὼν ἐξ ἄστεος, ἐκέλευεν ἀποτρυγᾶν τὰς ἀμπέλους ὡς

κόμην ὁ Ἀβροκόμης, καὶ [1] σπαράξας τὴν ἐσθῆτα, Φεῦ μοι τῶν κακῶν, εἶπε, τί πέπονθα δυστυχής; ὁ μέχρι νῦν ἀνδρικὸς Ἀβροκόμης, ὁ καταφρονῶν Ἔρωτος, ὁ τῷ θεῷ λοιδορούμενος, ἑάλωκα, καὶ νενίκημαι, καὶ παρθένῳ δουλεύειν ἀναγκάζομαι, καὶ φαίνεταί τις ἤδη καλλίων ἐμοῦ, καὶ θεὸν Ἔρωτα καλῶ. Ὦ πάντα ἄνανδρος ἔτι καὶ πονηρός· οὐ καρτερήσω νῦν; οὐ μενῶ [2] γεννικός; οὐκ ἔσομαι καλλίων Ἔρωτος; νῦν [3] οὐδὲν ὄντα θεὸν νικῆσαι με δεῖ. Καλὴ παρθένος· τί δέ; τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, Ἀβροκόμη, εὔμορφος Ἀνθία, [4] ἀλλ', ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοί. Δεδόχθω ταῦτα· οὐκ ἂν Ἔρως ποτε μοῦ κρατήσει.

comas, correpta disciſſaque veſte, Hei mihi, inquit, miſero, quid patior infelix! Hucuſque fortis Abrocomas, Amorem deſpectui habens & ludibrio Deum, nunc captus victuſque ſum, & puellae ſervire cogor. Iam me pulchrior non nemo eſt, iam Deum appellare Amorem non dubitabo. O me miſerum & imbellem! Nunc igitur non reſiſtam? non fortiter manebo? Non ero pulchrior Amore? Nunc me a Deo vinci, qui nihili eſt, oportet? Virgo omnino pulchra eſt. Quid vero? Anthia adeo tuis oculis formoſa, o Abrocoma, innupta eſt. Apage, ne hoc ineas conſilium. Nunquam

1 Καὶ σπαράξας τὴν ἐσθῆτα) Admodum blanditur Hemſterhuſii opinio, ita hunc locum refingentis ac ſupplentis: Λαβὼν δὲ τὴν κόμην ὁ Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας, περιρρηξάμενός τε τὴν ἐσθῆτα· quae & mori loquendi Noſtro uſitatiſſimo & rationi innitur. Recepit eam emendationem Locella, ita tamen, ut uncinis includeret.

2 Οὐ μενῶ γεννικός;) Codex Flor. γενικὸς, unde γεννικὸς reſinxit Locella. Editiones habent γεννικῶς.

3 Οὐδὲν ὄντα) Hemſterh. legi vult οὐδὲ ὄντα. Sed οὐδὲν εἶναι, *de homine nihili*, quem parvi pendimus, ſatis frequentatum.

4 Ἀλλ' ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοί.) Haec eſt ſincera Codicis Florentini lectio. Depravavit eam Cocchius hunc in modum: Ἀνθία, ἄζυγος καὶ θῆλυς. οὐχί σοι δεδόχθω ταῦτα.

Digitized by Google

Ταῦτα ἔλεγε. Καὶ ὁ Θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο, καὶ εἵλκεν ἀντιπίπτοντα, καὶ ὠδύνα μὴ θέλοντα. Οὐκ ἔτι δὲ καρτερῶν, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς γῆν, Νενίκηκας, εἶπεν, Ἔρως, μέγα σοι τρόπαιον ἐγήγερται καθ' Ἀβροκόμου τοῦ σώφρονος. Ἱκέτην ἔχεις, [1] ἄσωτον, σὸν, ἐπί σε καταπεφευγότα, τὸν πάντων δεσπότην. Μή με περίδῃς, μηδὲ ἐπὶ πολὺ τιμωρήσῃ τὸν θρασύν. Ἄπειρος ὢν, Ἔρως, ἔτι τῶν σῶν, ὑπερηφάνουν. Ἀλλὰ νῦν Ἀνθίαν ἡμῖν ἀπόδος· γένου μὴ πικρὸς μόνον ἀντιλέγοντι, ἀλλ' εὐεργέτης ἡττωμένῳ θεός. Ταῦτα ἔλεγεν. Ὁ δὲ Ἔρως ἔτι ὠργίζετο, καὶ μεγάλην τῆς ὑπεροψίας ἐνενοεῖτο τιμωρίαν [2] εἰσπράξασθαι τὸν Ἀβροκόμην.

Διέκειτο δὲ καὶ ἡ Ἀνθία πονήρως· καὶ, οὐκέτι φέ-

me potior erit Amor. Haec dicenti fortius insidet Deus, renitentem trahit, nolentemque cruciat. Ille non amplius sustinere valens, seque humi prosternens, Vicisti, inquit, Amor: magnum tibi erectum tropaeum de Abrocomae temperantia. Supplicem vides, perditum, tuum, ad te profugientem omnium dominum. Ne me despicias, neque nimias audaciae poenas sumas. Nondum tuas, Amor, vires expertus paulo elatiorem me gessi. Nunc da mihi Anthia potiri, sisque non tam acer pervicaci, quam victo propitius Deus. Haec ille. Amor tamen adhuc iratus, magnas ab eo contemtus poenas exigere cogitabat.

Anthia quoque se male habebat, nec diutius durare

1 Ἄσωτον, σὸν,) Hemsterh. varia tentat: *ἱκέτην ἔχεις· σῶσον τὸν ἐπί σε καταπ.* tum, *σῶσον σὸν, ἐπί σε καταπ.* denique, *ἱκέτην ἔχεις ἀλωτὸν σόν.* Sed iure Locella in vulgata acquievit, explicatque, *supplicem habes, intemperantem, tuum.* Idem mox e Cod. Flor. repositum *τὸν πάντ. δεσπ.* pro *τῶν π. δ.* quod edd. obsidet.

2 Εἰσπράξασθαι) Cod. Flor. vitiose *τὸ πράξασθαι.*

ρειν δυναμένη, ἐπεγείρει ἑαυτὴν, πειρωμένη τοὺς παρόντας λανθάνειν. Τί, φησὶν, ὦ δυστυχὴς, πέπονθα; παρθένος παρ' ἡλικίαν ἐρῶ, καὶ ὀδυνῶμαι καινὰ, καὶ κόρῃ μὴ πρέποντα. Ἐφ' Ἀβροκόμῃ μαίνομαι, καλῷ μὲν, ἀλλ' ὑπερηφάνῳ. Καὶ τίς ἔσται ὁ τῆς ἐπιθυμίας ὅρος; καὶ τί τὸ πέρας τοῦ κακοῦ; Σοβαρὸς οὕτως ἐρώμενος, παρθένος ἐγὼ φρουρουμένη, τίνα βοηθὸν λήψομαι; τίνι πάντα κοινώσομαι; ποῦ δὲ Ἀβροκόμην ὄψομαι; Ταῦτα ἑκάτερος αὐτῶν δι' ὅλης νυκτὸς ὠδύρετο· εἶχον δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν τὰς ὄψεις τὰς ἑαυτῶν, τὰς εἰκόνας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀλλήλων ἀναπλάττοντες. Ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἦει μὲν Ἀβροκόμης ἐπὶ τὰ συνήθη γυμνάσματα, ἦει δὲ ἡ παρθένος ἐπὶ τὴν ἐξ ἔθους θρησκείαν τῆς θεοῦ. Ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα ἐκ τῆς παρελθούσης νυκτὸς πεπονηκότα, καὶ τὸ βλέμμα ἄθυμον, καὶ οἱ χρῶτες ἠλλαγμένοι·

valens, experrecta, & eos, qui aderant, latere ſtudens, Heu, inquit, miſerae quid accidit mihi! Amo plus quam per aetatem fas ſit, & novo quodam modo doleo, nec qui puellam decet. Abrocomae amore inſanio, formoſi quidem adoleſcentis, ſed nimium ſuperbi. Ecquis erit deſiderio finis, quis malorum terminus? Quem amo, ferox eſt: virgo ego, cuſtodibus circumſepta, quem mihi auxiliatorem ſumam, quicum omnia communicem? ubi Abrocomam videre licebit? Haec uterque tota nocte lamentabatur, & alter alterius vultum ob oculos habebat, hanc imaginem animo ſibi fingentes. Ubi illuxit, Abrocomas ad conſueta exercitia proficiſcitur: puella de more Deae cultui incumbit. Corpora eorum praeterita nocte defatigata, oculi languentes, multumque immutatus color, & haec omnia

[1] καὶ τοῦτο ἐπὶ πολὺ ἐγίνετο, καὶ πλέον οὐδὲν αὐτοῖς ἦν. Ἐν τούτῳ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Θεοῦ διημερεύοντες ἐνεώρων ἀλλήλους, εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς φόβῳ πρὸς ἑκατέρους αἰδούμενοι. Τοσοῦτο δὲ ἐστέναξεν ἄν ποτε Ἀβροκόμης, καὶ ἐδάκρυσε, καὶ [2] προσείχετο, τῆς κόρης ἀκουούσης ἐλεεινῶς. Ἡ δὲ Ἀνθία ἔπασχε μὲν τὰ αὐτά· πολὺ δὲ μείζονι τῇ συμφορᾷ κατείχετο· εἰ δέ ποτε ἄλλας παρθένους ἢ γυναῖκας ἴδοι βλεπούσας εἰς ἐκεῖνον, (ἑώρων δὲ ἅπασαι εἰς Ἀβροκόμην) δῆλη ἦν λυπουμένη, μὴ παρευδοκιμηθῇ φοβουμένη. Εὐχαὶ δὲ αὐτοῖς ἑκατέροις ἦσαν πρὸς τὴν Θεὸν κοινῇ, λανθάνουσαι μὲν, ἀλλ' ἐγίνοντο ὁμοίαι. Χρόνου δὲ προϊόντος, οὐκέτι τὸ μειράκιον ἐκαρτέρει. Ἤδη δὲ αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιστο, καὶ ἡ ψυχὴ κατα-

in peius: nec profuit in templo interdiu morantibus se mutuo spectare, cum prae metu uterque, quod vere sentiebat, alteri detegere vereretur. Suspirabat subinde, flebatque Abrocomas, ad puellam se convertens, quae illum miserata auscultabat, eademque omnino patiebatur. Id vero ad Anthiae infortunium accedebat, quod, si quas virgines aut mulieres illum intuentes vidisset, (omnes autem Abrocomam intuebantur) manifestaret moerorem, pertimescens, ne ipsi minus placeret. Vota quidem apud Deam uterque simul eadem insciens faciebat. Id malum in dies augebatur, adeo ut durare diutius adolescens non posset. Toto iam corpore deco-

1 Καὶ τοῦτο -- αὐτοῖς ἦν) Haec verba sede sua excussa, collocandaque post αἰδούμενοι censeo. *Alter alterius aspectu fruebatur; diuque nihil amplius inter ipsos intercedebat commercii.*

2 Καὶ προσείχετο, τῆς κόρης ἀκουούσης ἐλ.) Verba admodum corrupta Hemsterh. ita reformabat: καὶ προσεῖχέ τε (vel τοι) τῇ κόρῃ κακουσύνῃ ἐλεεινῶς, *animum tamen attendebat virgini gementi miserabiliter.* Mox aliud latere in προσείχετο, quod cum ἐλεεινῶς connecteretur, idem suspicabatur. Quod quidem extundere conatus est Abresch. coniectando, προσεύχετο.

πέπτωκεν, ὥστε ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ τὸν Λυκομήδην καὶ τὴν Θερμιστὼ γεγονέναι, οὐκ εἰδότας μὲν, ὅ, τι εἴη τὸ συμβαῖνον Ἀβροκόμῃ, δεδοικότας δὲ ἐκ τῶν ὁρωμένων. Ἐν ὁμοίῳ δὲ Φόβῳ καὶ ὁ Μεγαμήδης καὶ ἡ Εὐίππη καὶ περὶ τῆς Ἀνθίας καθειστήκεισαν, ὁρῶντες αὐτῆς τὸ μὲν κάλλος μαραινόμενον, τὴν δὲ αἰτίαν οὐ Φαινομένην τῆς συμΦορᾶς. Εἰς τέλος εἰσάγουσι παρὰ τὴν Ἀνθίαν μάντεις καὶ ἱερέας, ὡς εὑρήσοντας λύσιν τοῦ δεινοῦ. Οἱ δὲ ἐλθόντες ἔθυόν τε ἱερεῖα, καὶ ποικίλα ἐπέσπενδον, καὶ ἐπέλεγον Φωνὰς βαρβαρικὰς, ἐξιλάσκεσθαί τινας λέγοντες δαίμονας, καὶ [1] προσεποίουν, ὡς εἴη τὸ δεινὸν ἐκ τῶν ὑποχθονίων θεῶν. Πολλὰ δὲ καὶ ὑπὲρ Ἀβροκόμου οἱ περὶ τὸν Λυκομήδην ἔθυόν τε καὶ ηὔχοντο· λύσις δὲ οὐδεμία τοῦ δεινοῦ οὐδὲ ἑτέρῳ αὐτῶν ἐγίνετο, ἀλλὰ καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ ἔρως ἀνεκαίετο. Ἐκείντο μὲν δὴ ἑκάτεροι νοσοῦντες, πά-

lor ita conciderat animo, ut Lycomedes & Themiſto animo admodum angerentur, quid Abrocomae accidiſſet, ignorantes, etſi ex his, quae viderant, coniecturam facerent. De Anthia ſimili erant in metu Megamedes & Evippe, cum formam eius marceſcentem, nullamque mali cauſam apparere viderent. Tandem ad puellam vates & ſacerdotes adducunt, eam malo liberaturos. Qui quidem hoſtias immolarunt, variiſque libationibus ac quibuſdam barbaricis vocibus uſi, neſcio quae numina ſe placaturos dicunt, finguntque, malum a Diis inferis immiſſum eſſe. Multa quoque & Lycomedes pro Abrocoma ſacra fecit, & preces fudit; neuter tamen a malo liberatur, immo & amor magis inflammatur, amboque morbo correpti in diſcrimine verſabantur,

1 Καὶ προσεποίουν) Hemſterh. corr. καὶ προσεποιοῦντο, & ſi- *mulabant, videri volebant, malum illud eſſe immiſſum a diis inferis.*

νυ ἐπιτφαλῶς διακείμενοι, ὅσον οὐδέπω τεθνήξεσθαι προσδοκώμενοι, κατειπεῖν αὐτῶν τὴν συμφορὰν μὴ δυνάμενοι. Τέλος πέμπουσιν οἱ πατέρες ἑκατέρων εἰς θεοὺς, μαντευσόμενοι τήν τε αἰτίαν τῆς νόσου καὶ τὴν ἀπαλλαγήν.

Ὀλίγον δὲ ἀπέχει τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Κολοφῶνι Ἀπόλλωνος, διάπλουν ἀπὸν Ἐφέσου σταδίων ὀγδοήκοντα. Ἐνταῦθα οἱ παρ' ἑκατέρων ἀφικόμενοι δέονται τοῦ θεοῦ ἀληθῆ μαντεύεσθαι· ἐληλύθεσαν δὴ κατὰ [1] ταὐτά. Χρᾷ δὲ ὁ θεὸς κοινὰ ἀμφοτέροις τὰ μαντεύματα ἐμμέτρως τὰ ἔπη τάδε·

Τίπτε πόθειτε μαθεῖν νούσου τέλος, ἠδὲ καὶ ἀρχήν;
Ἀμφοτέρους μία νοῦσος ἔχει, λύσις ἔνθεν ἀνέστη.
Δεινὰ δ' ὁρῶ τοίσδεσσι πάθη, καὶ ἀνήνυτα ἔργα.
Ἀμφότερι φεύξονται ὑπεὶρ ἅλα [2] λυσσοδίωκτοι,

mortem propemodum exſpectantes, cum tamen enarrare malum non valerent. Tandem utriuſque parentes Deos conſultum mittunt, cauſam morbi & remedium quaerentes.

Non longe diſtat fanum Apollinis Colophonii: ab Epheſo traiectus eſt octoginta tantum ſtadiorum. Ibi exorantibus Deum, qui ab utriuſque parentibus miſſi fuerant, ut vera redderet oracula, quorum cauſa illuc venerant, commune utriſque reſponſum Deus hiſce verſibus reddidit:

Quis morbi finis, quae, ſcire optatis, origo?
Idem morbus utrique, ſalus utrique futura eſt.
Multa pati video, longos & adire labores,
Errantes, actos praedonibus aequora circum.

1 Ἐληλύθεσαν -- ταὐτά) Haec ῥῆσις ponenda videtur παρενθετικῶς poſt κοινά. Male vero ſuperiores edd. ταῦτα.

2 Λυσσοδίωκτοι) Hemſterhuſius corr. λῃστοδίωκτοι, ſatis probabiliter.

Δεσμὰ δὲ μοχθήσουσι παρ' ἀνδράσι μιξοβαλάσσοις·
Καὶ τάφος ἀμφοτέροις θάλαμος, καὶ πῦρ ἀίδηλον,
Καὶ ποταμοῦ Νείλου παρὰ ῥεύμασιν Ἰσιδι σεμνῇ
Σωτείρη μετόπισθε παραστῆς ὅλβια δῶρα.
Ἀλλ' ἔτι που μετὰ πήματ' ἀρείονα πότμον ἔχουσι.

Ταῦτα ὡς ἐκομίσθη τὰ μαντεύματα εἰς Ἔφεσον, εὐθὺς μὲν οἱ πατέρες αὐτῶν ἦσαν ἐν ἀμηχανίᾳ, καὶ τὸ δεινὸν, ὅ, τι ἦν, πάνυ ἠπόρουν. Συμβάλλειν δὲ τὰ τοῦ θεοῦ λόγια οὐκ ἐδύναντο· οὔτε γὰρ τίς ἡ νόσος, οὔτε τίς ἡ φυγὴ, οὔτε τίνα τὰ δεσμὰ, οὔτε ὁ τάφος τίς, οὔτε ὁ ποταμὸς τίς, οὔτε τίς ἡ ἐκ [1] τοῦ θεοῦ βοήθεια. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς πολλὰ βουλευομένοις παραμυθήσασθαι τὸν χρησμὸν ὡς οἷόν τε, καὶ συζεῦξαι γάμῳ τοὺς παῖδας, ὡς τοῦτο καὶ τοῦ θεοῦ βουλευομένου, δι' ὧν ἐμαντεύσατο. Ἐδόκει δὲ ταῦτα· καὶ διέ-

Vincla ferent, queis dura premet gens, quae mare currit.
Ambobus tumulus torus, exitioſaque flamma.
Dona dehinc ſanctae dabis Iſidi, ſoſpita quae te
Fluminis ad Nili ſervabit clara fluenta.
Poſt mala ſed video meliores volvere caſus.

Ubi haec oracula Epheſum allata ſunt, ſtatim quidem eorum parentes ex conſilii inopia attoniti fuere, nec, quid mali liberis ſuis portenderetur, exputare valebant; non enim ex Dei reſponſis coniicere ullatenus poterant, quid morbus, fuga, vincula, tumulus, flumen, & auxilium a Deo exſpectandum ſibi vellent. Viſum eſt igitur, poſtquam diu una conſuluiſſent, oraculum, quoad fieri poſſet, mitigare, connubioque iungere adoleſcentes, quaſi & id reſponſo ſuadere voluerit Deus;

1 Ἐκ τοῦ θεοῦ) Ἐκ τῆς θεοῦ ſc. Iſidis σωτείρης, malit Abreſch.

γνωσαν μετὰ τὸν γάμον ἐκπέμψαι χρόνῳ τινὶ ἀποδημήσοντας αὐτούς.

Μεστὴ μὲν ἤδη ἡ πόλις ἦν τῶν εὐωχουμένων· πάντα δ' ἦν ἐστεφανωμένα, καὶ διαβόητος ὁ μέλλων γάμος· ἐμακαρίζετο δὲ ὑπὸ πάντων, ὁ μὲν, οἵαν ἄξεται τὴν γυναῖκα Ἀνθίαν, ἡ δὲ, οἵῳ μειρακίῳ συγκαταπλιβήσεται. Ὁ δὲ Ἀβροκόμης, ὡς ἐπύθετο καὶ τὸν χρησμὸν καὶ τὸν γάμον, ἐπὶ μὲν τῷ τὴν Ἀνθίαν ἕξειν, μεγάλως ἔχαιρεν· ἐφόβει δὲ αὐτὸν οὐδὲν τὰ [1] μεμαντευμένα, ἀλλ' ἐδόκει παντὸς εἶναι δεινοῦ τὰ παρόντα ἡδίονα. Μετὰ [2] ταῦτα δὲ καὶ ἡ Ἀνθία ἥδετο μὲν, ὅτι Ἀβροκόμην ἕξει· τίς δὲ ἡ φυγὴ, ἢ τίνες αἱ συμφοραὶ, κατεφρόνει, πάντων τῶν ἐσομένων κακῶν Ἀβροκόμην ἔχουσα παραμυθίαν. Ὡς οὖν ἐφέστηκεν ὁ τῶν γάμων καιρὸς, καὶ παννυχίδες ἤγοντο, καὶ

ſtatueruntque, peractis nuptiis, eos peregre ad aliquod tempus mittere.

Iam omnia per urbem epulis & coronis plena, ac futurae nuptiae ubique ſermonibus percelebratae. Beati ab omnibus praedicabantur, Abrocomas, quod Anthiam ducturus eſſet uxorem, haec, quod tali adoleſcentulo eſſet concubitura. Abrocomas, reſponſi & nuptiarum certior factus, admodum laetatus eſt, ſe Anthia potiturum, minimeque vaticinio perterritus praeſentem voluptatem omni malo ſuaviorem eſſe exiſtimabat. Gaudebat & Anthia Abrocoma fruitura, parvi pendens quid ſibi ex fuga & ceteris calamitatibus impenderet, cum in Abrocoma omnium futurorum malorum ſolatium nacta eſſet. Ubi igitur nuptiarum tempus advenit, pervigilia celebrata ſunt, multaeque hoſtiae

1 Τὰ μεμαντευμένα) Ita Cod. Flor. Edd. offerunt τὰ μαντευόμενα.

2 Μετὰ ταῦτα δὲ) Vix commoda haec. Abreſch. corr. κατὰ ταὐτὰ δὲ vel οὖν.

ἱερεῖα πολλὰ ἐθύετο τῇ Θεῷ. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα ἐκτετέλεστο, ἠκούσης τῆς νυκτὸς, (βραδύνειν δὲ πάντα ἐδόκει Ἀβροκόμῃ καὶ Ἀνθίᾳ) ἦγον τὴν κόρην εἰς τὸν Θάλαμον μετὰ λαμπάδων τὸν ὑμέναιον ᾄδοντες, ἐπευφημοῦντες, καὶ εἰσάγοντες κατέκλινον. [1] Ἦν δὲ αὐτοῖς ὁ Θάλαμος πεποιημένος· κλίνη χρυσῆ στρώμασιν ἔστρωτο πορφυροῖς, καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης Βαβυλωνία ἐπεποίκιλτο σκηνή· παίζοντες Ἔρωτες, οἱ μὲν Ἀφροδίτην θεραπεύοντες, (ἦν δὲ καὶ Ἀφροδίτης εἰκὼν) οἱ δὲ ἱππεύοντες ἀναβάται στρουθοῖς, οἱ δὲ στεφάνους πλέκοντες, οἱ δὲ ἄνθη φέροντες. Ταῦτα ἐν τῷ ἑτέρῳ [2] μέρει τῆς σκηνῆς· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Ἄρης ἦν οὐχ ὡπλισμένος, ἀλλ' ὡς πρὸς ἐρωμένην τὴν Ἀφροδίτην κεκοσμημένος, ἐστεφανωμένος, [3] χλαμύδα ἔχων.

Deae immolatae. His peractis, adventante iam nocte, omnia Abrocomae & Anthiae moram facere videbantur. Duxere puellam in thalamum cum lampadibus hymenaeum canentes, fauſtaque comprecantes, ibique intromiſſos recumbere fecerunt. Thalamus erat exornatus, lectus aureus ſtragulis purpureis ſtratus, tectuſque in modum tentorii Babylonia veſte ſcite variata. Inerant ludentes Amores, quorum alii Veneri (quae & ipſa ibi erat depicta) famulabantur, alii paſſeribus tanquam equis inſidebant, nonnulli plectebant coronas, alii flores afferebant. Haec in una aulaei parte. In altera parte Mars erat non armatus, ſed quaſi ad amicam Venerem accedens ornatus, corona redimitus, induſtuſque chlamyde, & ei dux viae erat Amor lampada

1 Ἦν δὲ αὐτοῖς) Hemſterh. pro αὐτοῖς legi malebat οὕτως. Sed recte illud inſeras, retento quoque altero, iudice Loc.

2 Μέρει τῆς σκηνῆς· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ) Revocavit haec verba Loc. e cod. Flor. In edd. plane deſunt.

3 Χλαμύδα ἔχων) Hemſterh. coni. χλανίδα. Sed χλαμύδα veſtem etiam civilem fuiſſe, docte aſſerit Loc.

Digitized by Google

Ἔρως αὐτὸν ὡδήγει, λαμπάδα ἔχων ἠμμένην. Ἐπ' αὐτῇ τῇ σκηνῇ κατέκλιναν τὴν Ἀνθίαν ἀγαγόντες πρὸς τὸν Ἀβροκόμην, ἐπέκλεισάν τε τὰς θύρας.

Τοῖς δὲ ἑκατέροις πάθος συνέβη ταὐτὸν, καὶ οὔτε προσειπεῖν ἔτι ἀλλήλους ἠδύναντο, οὔτε ἀντιβλέψαι τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἔκειντο δὲ ὑφ' ἡδονῆς παρειμένοι, αἰδούμενοι, φοβούμενοι, πνευστιῶντες, ἡδόμενοι· ἐπάλλετο δὲ αὐτοῖς τὰ σώματα, καὶ ἐκραδαίνοντο αὐτοῖς αἱ ψυχαί. Ὡς δὲ ὁ Ἀβροκόμης ἀνενεγκὼν περιέλαβε τὴν Ἀνθίαν· ἡ δὲ ἐδάκρυε, τῆς ψυχῆς αὐτῆς σύμβολα προπεμπούσης τῆς ἐπιθυμίας τὰ δάκρυα. Καὶ ὁ Ἀβροκόμης, Ὦ τῆς ἐμοὶ, φησὶ, ποθεινοτάτης νυκτὸς, ἣν μόλις ἀπείληφα, πολλὰς πρότερον νυκτὰς δυστυχήσας. Ὦ φωτὸς ἡδίων ἐμοὶ κόρη, καὶ τῶν πώποτε λαλουμένων εὐτυχεστέρα· τὸν ἐραστὴν ἔχεις ἄνδρα, μεθ' οὗ ζῆν καὶ ἀποθανεῖν ὑπάρξαι γυναικὶ σώφρονι. Εἰπὼν κατεφίλει τε καὶ ὑπεδέχετο τὰ δά-

tenens accenſam. In hoc tentorio collocata Anthia, & Abrocomae admota, fores clauſerunt.

Utrique idem accidit, ut alterum alloqui non poſſet, neque intueri. Iacebant nimia voluptate languidi, pudibundi, timentes, anheli, ac dulcedine perfuſi: palpitabant artus, animique vehementer commoti erant. Tandem Abrocomas, ubi ſe collegit, Anthiam amplexatur lacrimantem, anima eius lacrimas velut deſiderii indicia praemittente. O nox, inquit, exoptatiſſima! quot heu miſer doloris plenas exegi, antequam hanc vix tandem nanciſcerer! O puella luce mihi carior, omniumque, de quibus unquam ſermo fuit feliciſſima, quae amatorem habes virum, quocum vivere & mori probae uxori liceat! His dictis oſculatur, excipitque

κρυα, καὶ αὐτῷ ἐδόκει παντὸς μὲν εἶναι νέκταρος πο-τιμώτερα τὰ δάκρυα, παντὸς δὲ τοῦ πρὸς ὀδύνην Φαρ-μάκου δυνατώτερα. Ἡ δὲ ὀλίγα αὐτὸν προσΦθεγξα-μένη, Ναὶ, Φησὶν, Ἀβροκόμη, δοκῶ σοι καλὴ, καὶ μετὰ τὴν σὴν εὐμορΦίαν ἀρέσκω σοι; Ἄνανδρε καὶ δει-λὲ, πόσον ἐβράδυνας ἐρῶν χρόνον; πόσον ἠμέλησας; ἀπὸ τῶν ἐμαυτῆς κακῶν, ἃ πέπονθας οἶδα. Ἀλλ' ἰδοὺ, δάκρυα μὲν ὑποδέχου τάμὰ, καὶ ἡ καλὴ σοῦ κόμη πινέτο πόμα τὸ ἐρωτικὸν, καὶ συμΦῦντες ἀλ-λήλοις ἀναμιγῶμεν, καταβρέχωμεν δὲ καὶ τοὺς στε-Φάνους τοῖς παρ' ἀλλήλων δάκρυσιν, ἵν' ἡμῖν καὶ οὗτοι συνερῶσιν. Εἰποῦσα ἅπαν μὲν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἠσπάζετο, ἅπασαν δὲ τὴν κόμην τοῖς αὐτῆς ὀΦθαλ-μοῖς προσετίθει· καὶ τοὺς στεΦάνους [1] ἀνελάμβανε, καὶ τὰ χείλη τοῖς χείλεσι Φιλοῦσα συνερράΦει, καὶ, ὅσα ἐνενόουν, διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν

lacrimas, quae omni nectare ſuaviores ipſi viſae ſunt, & quocunque medicamento ad dolorem levandum efficaciores. Illa paucis allocuta, Abrocoma, inquit, an pulchra tibi videor, ac, licet ipſe forma adeo praeſtes, placeo? Timide & ignave, quamdiu amare cunctatus es? quamdiu nulli id tibi curae fuit? a meis malis, quae ipſe paſſus ſis, coniicio. Verum iam age, meas excipe lacrimas, bibantque elegantes comae tuae amoris poculum, invicemque complexi adhaereamus, ita ut coronae mutuis lacrimis madeant, & noſtrum una ipſae amorem ſentiant. His dictis, caput eius amplectitur, adducitque ſuis oculis comas. Suſcipiunt coronas, conſutiſque mutuo ſuavio labellis, quae quiſque cogitabat, ex animo in animum per oſcula

1 Ἀνελάμβανε) Ita correctum ab Hemſterh. Edd. tenent, ἀνε-λάμβανον. Locum autem vel ſic nondum perſanatum eſſe, facile Locellae largimur.

θατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο. Φιλοῦσα δὲ αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, Ὦ, φησι, πολλάκις με λυπήσαντες ὑμεῖς, ὦ τὸ πρῶτον ἐνθέντες τῇ ἐμῇ κέντρον ψυχῇ, οἱ ποτὲ σοβαροὶ μὲν, νῦν δὲ ἐρωτικοὶ, [1] καλῶς μοι διηκονήσατε, καὶ τὸν ἔρωτα τὸν ἐμὸν καλῶς εἰς τὴν Ἀβροκόμου ψυχὴν ὡδηγήσατε. Τοιγαροῦν ὑμᾶς πολλὰ φιλῶ, καὶ ὑμῖν ἐφαρμόζω τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ἐμοὺς, τοὺς Ἀβροκόμου διακόνους. Ὑμεῖς δὲ ἀεὶ βλέποιτε [2] ταὐτὰ, καὶ μήτε Ἀβροκόμῃ ἄλλην δείξητε καλὴν, μήτε ἐμοὶ δόξῃ τις ἄλλος εὔμορφος. Ἔχετε ψυχὰς, ἃς αὐτοὶ ἐξεκαύσατε, ταύτας ὁμοίως τηρήσατε. Ταῦτα εἶπε. Καὶ περιφῦντες ἀνεπαύοντο, καὶ τὰ πρῶτα [3] τῶν Ἀφροδίτης ἐρώτων ἀπήλαυον. Ἐφιλονείκουν δὲ δι' ὅλης νυκτὸς πρὸς ἀλ-

labiis impressa transmittunt. Illa adolescentis oculos basians, O quoties, inquit, me dolore affeciſtis! qui primum mihi infixiſtis animo aculeum, vos quondam superbiae, nunc amoris pleni, optime de me meruiſtis, quippe qui amorem mei in Abrocomae animum induxeritis. Vos itaque exoſculor, vobis hoſce meos admoveo oculos Abrocomae famulos. Sic vos ſemper haec ſpectetis, non aliam Abrocomae elegantis formae puellam oſtendite, ac nemo mihi pulcher alius videatur. En vobis animas noſtras, quas exuſſiſtis; has habete, & pari ſtudio ſervate. Haec illa. Tum mutuo amplexu haerentes requievere, ac carpentes tunc primum Veneris gaudia, totam noctem ſumma aemulatio-

1 Vitioſe edd. κακῶς μοι διηκ. At καλῶς habet Codex Flor. uti quoque legendum coni. Hemſt.

2 Ταὐτὰ) Ita repoſuit Loc. ex emendatione Hemſterh. Vulgo, ταῦτα.

3 Τῶν Ἀφροδ. ἐρώτων) In edd. erat, τῆς Ἀφροδ. ἐρώτων· unde Hemſterh. faciebat, τῆς Ἀφροδίτ. ἐρῶντες. Sed melior, quam ſuppeditat Cod. Flor. lectio.

Digitized by Google

λήλους, Φιλοτιμούμενοι, τίς Φανεῖται μᾶλλον ἐρῶν.

Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἀνίσταντο πολὺ μὲν ἡδίονες, πολὺ δὲ εὐθυμότεροι, ἀπολαύσαντες ἀλλήλων ὧν ἐπεθύμησαν [1] χρόνων καλῶν. Ἑορτὴ δὲ ἦν ἅπας ὁ βίος αὐτοῖς, καὶ μεστὰ εὐωχίας πάντα, καὶ ἤδη καὶ τῶν μεμαντευμένων λήθη. Ἀλλ' οὐχὶ τὸ Εἱμαρμένον [2] ἐπελέληστο, ἀλλ' οὐδὲ ὅτῳ ἐδόκει ταῦτα, Θεῷ ἠμέλει. Χρόνου δὲ διελθόντος ὀλίγου, ἔγνωσαν οἱ πατέρες ἐκπέμπειν αὐτοὺς τῆς πόλεως κατὰ τὰ βεβουλευμένα· ἤμελλόν τε γὰρ ἄλλην ὄψεσθαι γῆν καὶ ἄλλας πόλεις, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ χρησμὸν, ὡς οἷόν τε ἦν, παραμυθήσασθαι ἀπαλλαγέντες χρόνῳ τινὶ Ἐφέσου. Παρεσκευάζετο δὲ πάντα αὐτοῖς πρὸς τὴν ἔξοδον· ναῦς τε [3] μεγάλη καὶ ναῦται πρὸς ἀναγωγὴν

ne inter se contenderunt, uter magis amans videretur.

Ubi illuxit, blandiores alacrioresque surrexere, quod tandem felicibus illis temporibus tamdiu exoptatis frui sibi invicem contigissent. Vita omnis erat eis quasi festus dies, omniaque conviviorum plena, adeo, ut iam oraculi responsa animo exciderent. Verum non ea Fato exciderant, nec a Deo negligebantur, quisquis ille fuit, qui decreverat. Non multo post tempore a parentibus, quibus id statutum fuerat prius, peregre mittuntur, ut scilicet alias regiones, urbesque alias viderent: se enim Dei responsum mitigaturos, quoad fas esset, putabant, si aliquamdiu Epheso abessent. Parantur ad discessum omnia: magnae naves, nautaeque ad ducendum ido-

1 Χρόνων καλῶν) Locus valde corruptus. Hemsterh. tentat, ἀπολαύσαντες ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν χρόνον, καλῶν. Locella autem, ἀπολαύσαντες ἐξ ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν χρόνον, καλῶν. Sed vulnus altius adactum arbitror. Forte excidere quaedam ante χρόνων.

2 Ἐπελέληστο) Oudend. ad Thom. M. p. 348. corr. ἐκτετέλεστο. Sed alterum multo venustius. Personam τὸ Εἱμαρμένον cogita.

3 Ναῦς τε μεγάλη) Vitiose Cod. Flor. & edd. usque ad Lo-

ἕτοιμοι, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλλοντο, πολλὴ μὲν ἐσθὴς καὶ ποικίλη, πολὺς δὲ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, ἥτε τῶν σιτίων ὑπερβάλλουσα ἀφθονία. Θυσίαι δὲ πρὸ τῆς ἀναγωγῆς τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ εὐχαὶ δήμου παντὸς, καὶ δάκρυα πάντων, ὡς μελλόντων ἀπαλλάττεσθαι παίδων κοινῶν. Ἦν δὲ ὁ πλοῦς αὐτοῖς ἐπ' Αἴγυπτον παρεσκευασμένος. Ὡς δὲ ἦλθεν ἡ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρα, πολλοὶ μὲν οἰκέται, πολλαὶ δὲ θεράπαιναι * * [1] Μελλούσης δὲ τῆς νεὼς ἐπανάξεσθαι, πᾶν μὲν [2] τὸ Ἐφεσίων παρῆν παραπεμπόντων, πολλαὶ δὲ καὶ τῶν * * * * [3] μετὰ λαμπάδων καὶ θυσιῶν. Ἐν τούτῳ μὲν οὖν ὁ Λυκομήδης καὶ ἡ Θεμιστὼ, πάντων ἅμα ἐν ὑπομνήσει γενόμενοι, τοῦ χρησμοῦ, τοῦ παιδὸς, τῆς ἀποδημίας, ἔκειντο εἰς γῆν ἀθυμοῦν-

nei, omniaque neceſſaria importantur, multae & variae veſtes, multum argenti & auri, commeatuſque plurimus. Immolatum eſt Dianae, ut ductu ſuo opitularetur; nec defuere preces totius populi, omniumque lacrimae, veluti communibus gnatis diſcedentibus. Navigationem in Aegyptum paraverant; cumque abeundi dies adeſſet, & navis deducenda iam foret, famulorum & ancillarum frequentia, omniſque Epheſiorum multitudo proſequebatur, & multae ex * * * * cum lampadibus & ſuffimentis. Interea Lycomedes & Themiſto, omnia ſimul recordantes, oraculum, filium, ipſius peregrinationem, humi iacebant conſternati, pa-

cellam, ναῦς τε μεγάλαι, & mox πρὸς ἀγωγήν.

1 Μελλούσης δὲ) Ante haec verba excidiſſe quaedam, ſatis manifeſtum eſt. Sententia poſtulat, *navi imponebantur*, vel ſimile quid. Mox ἐπανάξεσθαι reſcripſi cum Hemſterh. pro ἐπα ἄξασθαι.

2 Τὸ Ἐφεσίων) Hemſterh. vix dubitabat, excidiſſe πλῆθος, quod & alibi Noſter conſtanter ponere ſoleat.

3 Lacunam hanc Hemſterh. ita explet: πολλαὶ δὲ καὶ τῶν ἱερειῶν, vel ἱερῶν παρθένων· recte utique ad ſenſum.

Digitized by Google

τες. Ὁ δὲ Μεγαμήδης καὶ ἡ Εὐίππη ἐπεπόνθησαν μὲν τὰ αὐτὰ, εὐθυμότεροι δὲ ἦσαν, τὰ τέλη σκοπούντες τῶν μεμαντευμένων. Ἤδη μὲν οὖν ἐθορύβουν εἰ ναῦται, καὶ ἐλύετο τὰ πρυμνήσια, καὶ ὁ κυβερνήτης τὴν αὐτοῦ χώραν κατελάμβανε, καὶ ἡ ναῦς ἀπεκινεῖτο. Βοὴ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς πολλὴ, καὶ τῶν ἐν τῇ νηὶ συμμιγὴς, τῶν μὲν, ὦ παῖδες, λεγόντων, Φίλτατοι, ἆρα ἔτι ὑμᾶς οἱ Φῦντες ἀψόμεθα; τῶν δὲ, ὦ πατέρες, ἆρα ὑμᾶς ἀπολεψόμεθα; δάκρυα δὴ καὶ οἰμωγὴ· καὶ ἕκαστος ὀνομαστὶ τὸν οἰκεῖον ἐκάλει, μέγα εἰς ὑπόμνησιν ἀλλήλοις ἐγκαταλιπόντες τὸ ὄνομα. Ὁ δὲ Μεγαμήδης Φιάλην λαβὼν, καὶ ἐπισπένδων ηὔχετο ὡς ἐξακουστὸν εἶναι τοῖς ἐν τῇ νηὶ, ὦ παῖδες, λέγων, μάλιστα μὲν εὐτύχοιτε, καὶ φύγοιτε τὰ σκληρὰ τῶν μαντευμάτων, καὶ ὑμᾶς ἀνασωθέντας ὑποδέξαιντο Ἔφέσιοι, καὶ τὴν φιλτάτην ἀπολάβοιτε πατρίδα. Εἰ δὲ ἄλλο συμβαίη, τοῦτο μὲν ἴστε, οὐδὲ

riterque Megamedes & Evippe, ut ut meliori eſſent animo, eorum, quae praedicta fuerant, finem reſpicientes. Iam nautarum ſtrepitus, ſolvuntur funes, gubernator locum ſuum occupat, navis movetur, clamorque tum eorum, qui in litore, tum qui in navi erant, permixtus inſequitur; illis quidem dicentibus, Cariſſimi filii, an nobis, qui vos genuimus, vos iterum videre licebit? his vero, An vos, o parentes, recuperabimus? Hinc lacrimae, ploratus, ſuum quiſque nomine appellare, velut in magnum recordationis adiumentum nomen relinquentes. Megamedes, accepto poculo, libat, precaturque ita ut e navi audiri poſſet: Maxime valete, filii, & aſpera vaticinia effugite; vos ſalvos & reduces excipiant Epheſii, & cariſſima patria iterum potiamini. Sin aliter eveniat, ſcitote, nos non

ἡμᾶς ἔτι ζησομένους. Προΐεμεν δὲ ὑμᾶς ὁδὸν μὲν δυστυχῆ, ἀλλ' ἀναγκαίαν. Ἔτι λέγοντα ἐξιόντα ἐπέσχε τὰ δάκρυα. Καὶ οὗτοι ἀπῆεσαν εἰς τὴν πόλιν, τοῦ πλήθους αὐτοὺς θαρρεῖν παρακαλοῦντος.

Ὁ δὲ Ἀβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία ἀλλήλοις περιφῦντες ἔκειντο πολλὰ ἀνανοοῦντες, τοὺς πατέρας οἰκτείροντες, τῆς πατρίδος ἐπιθυμοῦντες, τὸν χρησμὸν δεδοικότες, τὴν ἀποδημίαν ὑποπτεύοντες. Παρεμυθεῖτο δ' αὐτοὺς εἰς ἅπαντα ὁ μετ' ἀλλήλων πλοῦς. Καὶ κείνην μὲν τὴν ἡμέραν οὐρίῳ χρησάμενοι πνεύματι διανύσαντες τὸν πλοῦν εἰς Σάμον κατήντησαν, τὴν τῆς Ἥρας ἱερὰν νῆσον. Καὶ ταῦθα θύσαντες καὶ δειπνοποιησάμενοι, πολλὰ εὐξάμενοι τῆς νυκτὸς ἐπιγινομένης ἐπανήγοντο. Καὶ ἦν ὁ πλοῦς αὐτοῖς οὔριος. Λόγοι δὲ ἐν αὐτοῖς πολλοὶ πρὸς ἀλλήλους· Ἆρα ἡμῖν [1] ὑπάρξει συγκαταβιῶναι μετ' ἀλλήλων; Καὶ δή ποτε ὁ

longius esse victuros. Praemittimus vos in iter calamitosum quidem, sed necessarium. Adhuc loquentem obortae lacrimae cohibuerunt, omnesque in urbem rediere, hortante populo, ut bono essent animo.

Abrocomas & Anthia invicem amplexi iacebant, multa versantes animo. Parentum miserebantur, patriam desiderabant, timebant oraculi responsum, peregrinationem suspectam habebant; sed id unum iis solatium erat, quod una navi veherentur. Illa die prospero vento utuntur, confectaque navigatione Samum deveniunt, sacram Iunoni insulam. Ibi immolant, coenant, precantur, &, ubi nox advenit, iter prosequuntur. Secunda navigatio, multusque invicem sermo: An licebit una semper vivere? Abrocomas tandem suspirans, quae

1 Ὑπάρξει) Ita corr. Hemst. Prave edebatur, ὑπάρξαι.

Ἀβροκόμης μέγα [1] ἀναστενάξας ἐν ὑπομνήσει τῶν ἑαυτοῦ γενόμενος, Ἀνθία, ἔφησε, τῆς ψυχῆς μοι ποθεινοτέρα, μάλιστα μὲν εὐτυχεῖν εἴη, καὶ σώζεσθαι μετ' ἀλλήλων. Ἂν δ' ἄρα τι εἴη πεπρωμένον παθεῖν, καί πως ἀλλήλων ἀπαλλαγῶμεν, ὁμώσομεν ἑαυτοῖς, Φιλτάτη, ὡς σὺ μὲν ἐμοὶ μενεῖς ἀγνὴ, καὶ ἄλλον ἄνδρα οὐχ ὑπομενεῖς, ἐγὼ δὲ ὅτι οὐκ ἂν ἄλλῃ γυναικὶ συνοικήσαιμι. Ἀκούουσα δὲ Ἀνθία μέγα ἀνωλόλυξε, καὶ τί ταῦτα, ἔφησεν, Ἀβροκόμη, πεπίστευκας, ὅτι ἐὰν ἀπαλλαγῶ σοῦ, περὶ ἀνδρὸς ἔτι κατ' ἐμοῦ σκέψῃ; ἥτις οὐδὲ ζήσομαι τὴν ἀρχὴν ἄνευ σοῦ· ὡς ὀμνύω τε τὴν πάτριον ἡμῖν θεὸν τὴν μεγάλην Ἐφεσίων, Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην, ἣν διανύομεν, θάλατταν, καὶ τὸν ἐπ' ἀλλήλους ἡμᾶς καλῶς ἐκμήναντα θεὸν, ὡς ἐγὼ καὶ βραχύ τι, ἀποσπασθεῖσά σου, οὔτε

ipsum manerent recordatus, O longe, ait, anima mihi carior Anthia, utinam & bene agere, & simul servari datum sit! Verum si quid fato decretum est nos pati, quonam modo separabimur? Iuremus sancte, tu quidem, mihi, mea vita, te semper castam servaturam, nec alium habituram virum; ego vero, nunquam mihi fore cum alia consuetudinem. Ut haec audivit Anthia, eiulavit, &, Cur haec, inquit, in animum induxisti tuum, Abrocoma, ut si disiungar a te, ipsam alii me tradituram viro suspiceris, quae ne tantulum quidem vivere sine te possim. Testor patriam Deam, magnam Ephesiorum Dianam, atque hoc, quod pertransimus, mare, & in utrumque nostrum strenue vires suas exercentem Deum, me vel exiguo tempore, abreptam a

1 Ἀναστενάξας) Reduxit hanc Cod. Flor. a Weigelio, doctissimo medico, inspecti, lectionem Locella. Edd. tenent ἀνεστέναξεν.

ζήσομαι, οὔτε τὸν ἥλιον ὄψομαι. Ταῦτα ἔλεγεν ἡ Ἀνθία· ἐπώμνυε δὲ καὶ ὁ Ἀβροκόμης. Καὶ ὁ καιρὸς αὐτῶν ἐποίει τοὺς ὅρκους Φοβερωτέρους. Ἐν τούτῳ δὲ ἡ ναῦς Κῶ μὲν παραμείβει καὶ Κνίδον. Κατεφαίνετο δὲ ἡ Ῥοδίων νῆσος μεγάλη καὶ καλή· καὶ αὐτοὺς ἐνταῦθα ἔδει καταχθῆναι πάντως· δεῖν γὰρ ἔφασκον οἱ ναῦται καὶ ὑδρεύσασθαι, καὶ αὐτοὺς ἀναπαύσασθαι, μέλλοντας εἰς μακρὸν ἐμπεσεῖν πλοῦν.

Κατήγετο δὲ ἡ ναῦς εἰς Ῥόδον, καὶ ἐξέβαινον οἱ ναῦται· ἐξῄει δὲ ὁ Ἀβροκόμης, ἔχων μετὰ χεῖρα τὴν Ἀνθίαν. Συνῆεσαν δὲ πάντες οἱ Ῥόδιοι, τὸ κάλλος τῶν παίδων καταπεπληγότες, καὶ οὐκ ἔστιν, ὅστις τῶν ἰδόντων παρῆλθε σιωπῶν· ἄλλοι μὲν ἔλεγον ἐπιδημίαν ἐκ τῶν θεῶν, οἱ δὲ προσεκύνουν, [1] καὶ προσεπτοιοῦντο. Ταχὺ δὲ δι' ὅλης τῆς πόλεως διεπεφοίτηκει τὸ ὄνομα Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας. Ἐπεύχονται δὲ

te nec victuram esse, neque solem adspecturam. Eadem iuravit Abrocomas, & tempus ipsum iuriiurando eorum terrorem addiderat. Interea navis Coum Cnidumque praeteriit; cumque Rhodiorum pulchra & magna insula apparuisset, illuc appellere navem omnino oportere nautae dixerunt, tum aquandi, tum quiescendi gratia, utpote longam navigationem inituros.

Navis in Rhodum subducitur, descendunt nautae, exit & Abrocomas, manu tenens Anthiam. Convenerant omnes Rhodii, adolescentum formam mirati; nec, qui eos viderent, silere praetereundo poterant, quin nonnulli dicerent Deos adveniisse, aliique adorarent, sibique propitios reddere conarentur. Cito urbem totam

1 Καὶ προσεπτοιοῦντο) Hemsterh. consuetum morem loquendi Nostri secutus, refingendum statuit, προσηύχοντο, recepitque Loc. Elsnerus Sched. Crit. IV, 26. coni. προσεπιτνοῦντο, quod vel propter similes literarum ductus praeoptaverim.

αὐτοῖς δημοσία, καὶ θυσίας τε βύουσι πολλὰς, καὶ ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἐπιδημίαν αὐτῶν. Οἱ δὲ τήν τε πόλιν ἅπασαν [1] ἐξιστόρησαν, καὶ ἀνέθεσαν εἰς τὸ τοῦ Ἡλίου ἱερὸν πανοπλίαν χρυσῆν, καὶ ἐπέγραψαν εἰς ὑπόμνημα ἐπίγραμμα τῶν ἀναθέντων·

Οἱ ξεῖνοι τάδε σοι χρυσήλατα τεύχε' ἔθηκαν
Ἀνθία, Ἀβροκόμης θ' ἱερῆς Ἐφέσοιο πολῖται.

Ταῦτα ἀναθέντες, ὀλίγας ἡμέρας ἐν τῇ νήσῳ μείναντες, ἐπειγόντων τῶν ναυτῶν, ἀνήγοντο ἐπισιτισάμενοι. Παρέπεμπε δὲ αὐτοὺς ἅπαν τὸ Ῥοδίων πλῆθος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐφέροντο οὐρίῳ πνεύματι, καὶ ἦν αὐτοῖς ὁ πλοῦς ἄσμενος. Καὶ ἐκείνην τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ἐφέροντο ἀναμετροῦντες τὴν Αἰγυπτίαν καλουμένην θάλατταν· τῇ δὲ δευτέρᾳ ἐπέπαυτο μὲν ὁ ἄνεμος· γαλήνη δὲ καὶ ὁ πλοῦς βραδὺς, καὶ ναυτῶν ῥαθυμία, [2] καὶ πότος ἐν τούτῳ καὶ μέθη καὶ

Abrocomae & Anthiae nomen pervagatur. Publice illos precantur, multa sacrificia facientes, diemque adventus eorum festum instituunt. Illi, lustrata urbe, in Solis templo aurea arma dedicarunt, & in rei memoriam epigramma suis nominibus inscripsere:

Aurea dona tibi ponunt haec arma lubentes
Abrocomas Ephesi cives atque Anthia sacrae.

Dedicatione facta, postquam aliquot dies in insula permansissent, instantibus nautis, vitiaco instructi, omnique Rhodiorum multitudine prosequente, e portu solvunt. Secundo primum vento, iucundaque navigatione vecti, die illo & insequenti nocte Aegyptium, quod vocant, mare permetiuntur. Proximo vero die cessante vento tranquillitas orta: hinc tarda navigatio, nautarum remissio, compotatio, ebrietas. Tunc prae-

1 Ἐξιστόρησαν) Haec est lectio Cod. Fl. quam temere mutarunt edd. in διϊστόρησαν. Vid. Locell.

2 Καὶ ναυτῶν ῥαθυμία cet.) To-

ἀρχὴ τῶν μεμαντευμένων. Τῷ δὲ [1] Ἀβροκόμῃ ἐφίσταται γυνὴ ὀφθῆναι φοβερὰ, τὸ μέγεθος ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἐσθῆτα ἔχουσα φοινικῆν. Ἐπιστᾶσα δὲ τὴν ναῦν ἐδόκει καίειν [2] καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἀπόλλυσθαι, αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς Ἀνθίας διανήχεσθαι. Ταῦτα ὡς εὐθὺς εἶδεν, ἐταράχθη. καὶ προσεδόκα τὸ δεινὸν ἐκ τοῦ ὀνείρατος. Καὶ τὸ δεινὸν ἐγίνετο.

Ἔτυχον μὲν ἐν Ῥόδῳ πειραταὶ παρορμοῦντες αὐτοῖς, Φοίνικες τὸ γένος, ἐν τριήρει μεγάλῃ παρώρμουν δὲ ὡς φορτίον ἔχοντες καὶ πολλοὶ, καὶ γεννικοί. Οὗτοι καταμεμαθήκεσαν ἐν τῇ νηὶ ὅτι χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ἀνδράποδα πολλὰ καὶ τίμια. Διέγνωσαν οὖν ἐπιθέμενοι τοὺς μὲν ἀντιμαχομένους ἀποκτιννύειν, τοὺς δὲ ἄλλους ἄγειν εἰς Φοινίκην πραθησομένους καὶ τὰ

dictorum principium fuit. Abrocomae visa est navi instare mulier adspectu terribilis, magnitudine supra humanam, puniceamque vestem induta caedes inferre, ac, pereuntibus aliis, ipse cum Anthia transnatare. His visis valde commotus exspectabat ex insomnio infortunium, quod evenit.

Nam forte Rhodi piratica triremis magna stationem agebat. Piratae, genere Phoenices, suam mercibus onustam triremem simulabant, multi quidem & strenui. Resciverant, navi inesse aurum & argentum, & mancipia, multaque magni pretii. Decreverant igitur adoriri, qui resisterent, interficere, ceteros in Phoeniciam cum reliqua praeda vendendos abducere, velut impares

tum hunc locum ita refinge: καὶ ναυτῶν ῥαθυμία, καὶ μέθη ἡ ἀρχὴ τῶν μεμαντευμένων, electis καὶ πότος ἐν τούτῳ, & καὶ in ἡ mutato. Paulo post: ἔκειντο δὲ πάντες — ὑπὸ μέθης καὶ ῥαθυμίας.

1 Τῷ δὲ Ἀβροκόμῃ) Satis probabilis Abreschii opinio est, κοιμωμένῳ sive καθεύδοντι desiderantis.

2 Τὴν ναῦν ἐδ. καίειν) Ita correxere Alberti & Hemsterh. Vulgatur, καίνειν. Sed alterum, quae mox sequuntur, unice volunt.

Digitized by Google

χρήματα· κατεφρόνουν δὲ ὡς οὐκ ἀξιομάχων αὐτῶν. Τῶν δὲ πειρατῶν ὁ ἔξαρχος Κόρυμβος ἐκαλεῖτο, νεανίας, ὀφθῆναι μέγας, φοβερὸς τὸ βλέμμα, κόμη ἦν αὐτῷ αὐχμηρὰ, καθειμένη. Ὡς δὲ ταῦτα οἱ πειραταὶ ἐβουλεύσαντο, τὰ μὲν πρῶτα παρέπλεον ἡσυχῇ τοῖς περὶ Ἀβροκόμην· τελευταῖον δὲ, ἦν μὲν περὶ μέσον ἡμέρας, ἔκειντο δὲ πάντες οἱ ἐν τῇ νηὶ ὑπὸ μέθης καὶ ῥαθυμίας, οἱ μὲν καθεύδοντες, οἱ δὲ ἀλύοντες, ἐφίστανται δὴ αὐτοῖς οἱ περὶ τὸν Κόρυμβον ἐλαυνομένῃ τῇ νηὶ (1 τριήρης ἦν) σὺν ὀξύτητι πολλῇ. Ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο, ἀνεπήδησαν ἐπὶ τὴν ναῦν ὡπλισμένοι, τὰ ξίφη γυμνὰ ἔχοντες· καὶ ναῦθα οἱ μὲν ἐρρίπτουν ἑαυτοὺς ὑπ' ἐκπλήξεως εἰς τὴν θάλατταν, καὶ ἀπώλλυντο, οἱ δὲ, ἀμύνεσθαι θέλοντες, ἀπεσφάξαντο. Ὁ δὲ Ἀβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία 2 περιτρέχουσι

proelio deſpicientes. Piratarum dux, nomine Corymbus, erat iuvenis adſpectu grandis, trucibus oculis, coma ſqualida & demiſſa. Ubi haec ſtatuerunt piratae, primum Abrocomae navim paulatim accedunt; deinde, cum fere meridies eſſet, & omnes in navi ebrietate & deſidia iacerent, partim ſomno correpti, partim exanimi & aegre ſe habentes, Corymbus concitata triremi cum ſuis inſtat, & cum propius acceſſiſſent, armati nudatiſque gladiis in navem inſiluerunt. Tunc nonnulli ſe in mare praecipitant metu perculſi, ac pereunt; alii, dum ſe defendere conantur, interficiuntur. Abrocomas & Anthia Corymbo occurrunt, eiuſ-

1 Τριήρης ἦν) Omnia plana ſunt, ſi haec verba *παρενθετικῶς* poſita cogites. Ordo eſt: *ἐφίστανται οἱ περὶ τὸν Κόρυμβον τῇ νηὶ, ἐλαυνομένῃ σὺν ὀξύτητι πολλῇ*. Iam vide, quantum pulveris commoverint Viri docti ad hunc locum.

2 Περιτρέχουσι) Hemſterh. corr. *παρατρέχουσι*. Locella contra aptius putabat, *προστρέχουσι*. Ego vulgatum tueor, quod Latinorum *ambire* reſpondet.

Digitized by Google

τῷ Κορύμβῳ τῷ πειρατῇ, καὶ λαβόμενοι τῶν γονάτων αὐτοῦ, τὰ μὲν χρήματα, ἔφασαν, ὦ δέσποτα, καὶ ἡμᾶς οἰκέτας ἔχε, Φεῖσαι δὲ τῆς ψυχῆς, καὶ μηκέτι Φόνευε τοὺς ἑκόντας ὑποχειρίους σοι γενομένους· μὴ πρὸς αὐτῆς θαλάσσης, μὴ πρὸς δεξιᾶς τῆς σῆς· ἀγαγὼν δὲ ἡμᾶς, ὅποι θέλεις, ἀπόδου τοὺς σοὺς οἰκέτας· μόνον οἴκτειρον ἡμᾶς ὑΦ' ἑνὶ ποιήσας δεσπότῃ. Ἀκούσας ὁ Κόρυμβος, εὐθὺς μὲν ἐκέλευσε Φείσασθαι Φονεύοντας· μεταθέμενος δὲ τὰ τιμιώτερα τῶν Φορτίων καὶ τὸν Ἀβροκόμην καὶ τὴν Ἀνθίαν ἄλλους τε τινὰς τῶν οἰκετῶν ὀλίγους, ἐνέπρησε τὴν ναῦν· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες κατεΦλέχθησαν. Τὸ γὰρ πάντας ἄγειν οὔτε ἠδύνατο, οὔτε ἀσΦαλὲς ἑώρα. Ἦν δὲ τὸ θέαμα ἐλεεινὸν, τῶν μὲν ἐν τῇ τριήρει ἀναγομένων, τῶν δὲ ἐν τῇ νηῒ Φλεγομένων, [1] τὰς χεῖρας ἐκτεινόντων, καὶ ὀλοΦυρομένων. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον· Ποῖ πο-

que genua amplexati, Bona noſtra, inquiunt, tibi habeto, & noſmet ipſos tibi famulos, here; nec, qui volentes ſe tibi dedunt, occidas. Te per hoc ipſum mare, per hanc dexteram tuam rogamus. Quo vis abducas, iam ſervos tuos vende; ſed hoc unum miſericors concede, ut uni domino ſerviamus. Haec audiens Corymbus ſtatim hos vetat interfici, traductiſque ſarcinis pretioſioribus, & Abrocoma & Anthia, aliiſque paucis & ſervis, navem incendit; ceterique, quod omnes abducere nec facile, nec tutum videret, exuſti ſunt. Miſerabile ſpectaculum praebebant illi triremi avecti, hi in navi flammis correpti, & manus tendentes & eiulantes. Audiebantur dicentes, Quonam, heri,

1 Τὰς χεῖρας ἐκτεινόντων, καὶ ὀλοφυρομένων) Deficiunt haec verba in edd. quae primus e Cod. Flor. revocavit Locella, inſigniter de Noſtro meritus.

τε ἀχθήσεσθε, δεσπόται; τίς ὑμᾶς ὑποδέξεται γῆ; καὶ τίνα πόλιν οἰκήσετε; οἱ δὲ, Ὦ μακάριοι, οἱ μέλλοντες ἀποθνήσκειν εὐτυχῶς πρὸ τοῦ πειραθῆναι δεσμῶν, πρὸ τοῦ δουλείαν ληστρικὴν ἰδεῖν. Ταῦτα λέγοντες οἱ μὲν ἀνήγοντο, οἱ δὲ κατεφλέγοντο. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ τροφεὺς τοῦ Ἀβροκόμου, πρεσβύτης ἤδη σεμνὸς ἰδεῖν καὶ διὰ τὸ γῆρας ἐλεεινὸς, οὐκ ἐνεγκὼν ἀναγόμενον τὸν Ἀβροκόμην ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν ἐνήχετο ὡς καταληψόμενος τὴν τριήρη, Ποῖ με καταλείψεις, τέκνον, λέγων, τὸν γέροντα τὸν παιδαγωγόν; ποῖ δὲ ἀπερχόμενος, Ἀβροκόμη; αὐτὸς ἀπόκτεινόν με τὸν δυστυχῆ καὶ θάψον· τί γάρ ἐστί μοι ζῆν ἄνευ σοῦ; Ταῦτα ἔλεγε, καὶ τέλος, ἀπελπίσας ἔτι Ἀβροκόμην [1] ὄψεσθαι, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς κύμασιν, ἀπέθανε. Τοῦτο δὲ καὶ Ἀβροκόμῃ πάντων ἦν ἐλεεινότατον, καὶ γὰρ τὰς χεῖρας ἐξέτεινε τῷ πρεσβύτῃ, καὶ τοὺς πειρατὰς ἀναλαμβάνειν

abducemini? Quae vos terra excipiet, quam urbem incoletis? Illi vero, qui abducebantur, O beati, quibus fortunate iam iam mortem continget oppetere, priusquam vincula experiamini, praedonumque servitutem videatis. Interea Abrocomae paedagogus, senex conspectu venerabilis, & aetate miserandus, Abrocomam abductum videre non sustinens, cum se praecipitem in mare deiecisset, triremem natando prosequebatur, Ubi me deseris, inquiens, mi fili, senem paedagogum, quo abiens, Abrocoma? Tu ipse me miserum occide, sepulcroque conde: qui enim sine te vivam? His dictis, tandem Abrocomam assequi desperans, cum se fluctibus tradidisset, mortuus est. Nihil hoc Abrocomae miserabilius fuit, qui, manus extendens seni, piratas

1 Ὄψεσθαι) Ita exemplar Flor. Edd. habent ἰλίσθαι.

παρεκάλει· οἱ δὲ, οὐδένα λόγον ποιησάμενοι, διανύοντες ἡμέραις τρισὶ τὸν πλοῦν, κατήχθησαν εἰς πόλιν τῆς Φοινίκης, Τύρον, ἔνθα ἦν τοῖς πειραταῖς τὰ οἰκεῖα. 1 Ἦγον δὲ αὐτοὺς εἰς αὐτὴν μὲν τὴν πόλιν οὐχί· εἰς πλησίον δέ τι χωρίον ἀνδρὸς ἄρχοντος ληστηρίου, Ἀψύρτου τοὔνομα, οὗ καὶ ὁ Κόρυμβος ἦν ὑπηρέτης ἐπὶ μισθῷ καὶ μέρει τῶν λαμβανομένων. Ἐν δὲ τῷ τοῦ πλοῦ διαστήματι ἐκ πολλῆς τῆς καθ' ἡμέραν ὄψεως ἐρᾷ ὁ Κόρυμβος τοῦ Ἀβροκόμου 2 σΦοδρὸν ἔρωτα, καὶ αὐτὸν πρὸς τὸ μειράκιον συνήθεια ἐπὶ πλέον ἐξέκαιε. Καὶ ἐν μὲν τῷ 3 πόνῳ οὔ τε πεῖσαι δυνατὸν ἐδόκει εἶναι· (ἐώρα γὰρ ὡς διάκειται μὲν ὑπὸ ἀθυμίας πονήρως· ἐώρα δὲ καὶ τῆς Ἀνθίας ἐρῶντα·) ἀλλὰ καὶ τὸ βιάζεσθαι χαλεπὸν εἶναι αὐτῷ κατεφαί-

hortatus est, ut reciperent: illi, precum eius rationem nullam habentes, tridui navigatione in urbem Phoeniciae Tyrum appulerunt, ubi domos habebant. Piratae eos non quidem in urbem, sed in vicinam Apsyrti cuiusdam, praedonum magistri, sedem duxerunt, cui & Corymbus minister erat, mercede & praedae partitione conductus. Inter navigandum ob quotidianum adspectum Corymbus deperire coepit Abrocomam, exurebatque magis in dies adolescentis consuetudo. Et in ipsa quidem navigatione, eius inflecti posse sensum non putabat; videbat enim Anthiae amore captum, & in magna animi aegritudine versari; vim

1 Ἦγον δὲ) Ita liquido exstat in Cod. Flor. Ante Loc. asteriscо notatus erat horum vv. defectus in edd.

2 Σφοδρὸν ἔρωτα) Καὶ ante σφοδρὸν insertum habet Codex Florentinus, contra morem loquendi Nostro frequentatum.

3 Ἐν μὲν τῷ πόνῳ) Πόνῳ vix sanum. Hemsterh. coni. ἐν μὲν τῷ πλῷ. Abresch. vero, ἐν μὲν τῷ πόρῳ· utrumque satis commode.

νετο· [1] ἐδεδοίκει γὰρ μή τι ἑαυτὸν ἐργάσηται δεινόν.

Ἐπεὶ δὲ κατήχθησαν εἰς Τύρον, οὐκέτι καρτερῶν, τὰ μὲν πρῶτα ἐθεράπευε τὸν Ἀβροκόμην, καὶ θαῤῥεῖν παρεκάλει, καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν προσέφερεν. Ὁ δὲ ἐλεοῦντα τὸν Κόρυμβον ἐνόμιζεν αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. Τὸ δεύτερον δὲ ἀνακοινοῦται ὁ Κόρυμβος τὸν ἔρωτα τῶν συλλήπτων τινι, Εὐξείνῳ τὸ ὄνομα, καὶ δεῖται βοηθὸν γενέσθαι, καὶ συμβουλεῦσαι τίνι τρόπῳ δυνήσεται πεῖσαι τὸ μειράκιον. Ὁ δὲ Εὔξεινος ἅσμενος ἀκούει τὰ περὶ τοῦ Κορύμβου· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπ' Ἀνθίᾳ διέκειτο πονήρως, καὶ ἦρα τῆς κόρης Φοβερὸν ἔρωτα. Λέγει δὲ πρὸς τὸν Κόρυμβον καὶ τὰ αὐτοῦ, καὶ συνεβούλευσε μὴ ἐπὶ πλέον ἐπανιᾶσθαι, ἀλλὰ ἔργου ἔχεσθαι. Καὶ γὰρ, ἔφη, σΦόδρα ἀγεννὲς κινδυνεύοντας καὶ παραβαλλομένους μὴ ἀπολαύειν μετὰ ἀδείας,

inferre periculosum videbatur, metuenti, ne quid gravius in se patraret.

Ubi vero in Tyrum descenderunt, diutius sustinere non potuit, quin primo Abrocomam officiis demereri conaretur, & hortaretur bono esse animo, & omnem curam praestaret; qui Corymbum sui misericordia haec omnia facere existimabat. Deinde Corymbus Euxinum quendam e sociis praedonibus amoris sui consicium facit, rogatque, auxiliatorem se praebeat, consiliumque det, quonam modo adolescentis animus impelli possit. Euxinus haec a Corymbo audire gaudet: ipse namque ob Anthiam misere se habebat, quam vehementi amore ardebat. Sua porro Corymbo narrat, & ne ulterius sese afflictet, sed instet operi, suadet; additque: Ignavum omnino est, nos obiicere periculis, at labore partis non frui securos. Poterimus hos delectos ab

1 Ἐδεδοίκει) Recte ita emendavit Hemsterh. Vulgo ἰδόκει.

ὧν ἐκτησάμεθα [1] πόνῳ· δυνησόμεθα δὲ αὐτοὺς, ἔλεγεν, ἐξαιρέτους παρ' Ἀψύρτου λαβεῖν δωρεάν. Ταῦτα εἰπὼν ῥᾳδίως ἔπεισεν αὐτὸν ἐρῶντα. Καὶ δὴ [2] συντίθενται κατὰ ταὐτὰ τοὺς ὑπὲρ ἀλλήλων ποιήσασθαι λόγους· καὶ πείθει οὗτος μὲν Ἀβροκόμην, Κόρυμβος δὲ Ἀνθίαν. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἔκειντο ἄθυμοι πολλὰ προσδοκῶντες, ἀλλήλοις διαλεγόμενοι, συνεχὲς ὀμνύοντες τηρήσειν τὰ συγκείμενα. Ἔρχονται δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Κόρυμβος καὶ ὁ Εὔξεινος, καὶ φράσαντες ἰδίᾳ τι θέλειν εἰπεῖν, ἀπάγουσι καθ' αὑτοὺς, ὁ μὲν τὴν Ἀνθίαν, ὁ δὲ τὸν Ἀβροκόμην. Τοῖς δὲ αἱ τε ψυχαὶ ἐκραδαίνοντο, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς ὑπενόουν. Λέγει οὖν ὁ Εὔξεινος πρὸς τὸν Ἀβροκόμην ὑπὲρ Κορύμβου· Μειράκιον, εἰκὸς μὲν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ φέρειν χαλεπῶς, οἰκέτην μὲν ἐξ ἐλευθέρου γενόμενον, πένητα δὲ

Apſyrto dono accipere. His dictis facile amanti perſuadet, ſtatuuntque mutuam ſibi navare operam; conaturque hic Abrocomam, Corymbus Anthiam exorare. Illi conciderant animo, multumque de his, quae exſpectanda forent, invicem ſermonem habebant, ſubinde iurantes, ſe conventa ſervaturos. Corymbus & Euxinus ad illos accedunt, & aliquid ſeorſum dicendum habere ſimulantes, ſecum abducit ille Anthiam, hic Abrocomam. Quibus vehementer commovetur animus, nihil boni ſubeſſe ſuſpicantibus. Euxinus igitur Corymbi gratia Abrocomam alloquitur: Non dubito, adoleſcens, quin propter hoc infortunium valde doleas, quin aegre feras te ſervum e libero factum eſſe,

1 Πόνῳ) h. e. *labore partis frui.* Unde facile perſpicitur, legi debere cum Hemſterh. πόνῳ. Editi habent πόνων.

2 Συντίθενται κ. ταὐτὰ τοὺς — λόγους) Praeclare ita hunc locum perſanavit Hemſterh. Vulgo συντίθενται κ. ταῦτα τοὺς — πόνους. Idem mox πείθειν corr. quod vix neceſſe puto.

ἀντ' εὐδαίμονος· δεῖ δέ σε τῇ ψυχῇ πάντα λογίσασθαι, καὶ στέργειν τὸν κατέχοντα δαίμονα, καὶ τοὺς γενομένους δεσπότας ἀγαπᾶν. Ἴσθι γὰρ, ὡς ἔνεστί σοι καὶ εὐδαιμοσύνην καὶ ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν, εἰ θελήσεις πείθεσθαι τῷ δεσπότῃ Κορύμβᾳ. Ἐρᾷ γάρ σου σΦοδρὸν ἔρωτα, καὶ πάντων ἕτοιμός ἐστι δεσπότην ποιεῖν τῶν ἑαυτοῦ. Πείσῃ δὲ χαλεπὸν μὲν οὐδέν, εὐνούστερον δὲ σεαυτῷ τὸν δεσπότην ἐργάσῃ. Ἐννόησον δὲ ἐν οἷς ὑπάρχεις· βοηθὸς μὲν οὐδείς, γῆ δὲ αὕτη ξένη, καὶ δεσπόται λῃσταὶ, [1] καί σὐδεμία τιμωρίας ἀποΦυγὴ ὑπερηΦανήσαντι Κόρυμβον. Τί δέ σοι γυναικὸς δεῖ νῦν καὶ πραγμάτων; τί δὲ ἐρωμένης, τηλικῷδε ὄντι; πάντα ἀπόρριψον, πρὸς μόνον δεῖ σε τὸν δεσπότην βλέπειν, τούτῳ κελεύσαντι ὑπακούειν. Ἀκούσας ὁ Ἀβροκόμης εὐθὺς μὲν ἀχανὴς

pauperem e divite: verum tecum perpendenda tibi ſunt omnia, praeſenti fortunae acquieſcendum, herique amandi iam tui. Scias enim, in te eſſe, libertatem ac proſperitatem recuperare, dummodo hero Corymbo obſequentem te praebeas. Is enim vehementer te amat, paratuſque eſt, omnium, quae poſſidet, te dominum conſtituere. Nil durum patieris, immo benevolentiorem tibi herum efficies. Ubi ſis, cogita: auxiliator nullus, terra ipſa ignota, heri piratae, nullaque ſupplicii vitandi ſpes, Corymbum faſtidienti. Quid tibi nunc uxore aut re familiari opus eſt, quid amica, tenerae adeo aetatis cum ſis? Haec omnia te abiicere oportet, unumque herum reſpicere, eiuſque mandatis obſequi. His auditis Abrocomas primum obmutuit,

1 Καὶ σὐδεμία -- ἀποφυγὴ) Οὐδεμιᾶς habetur in Cod. Flor. & edd. optime in σὐδεμία mutatum ab Hemſterh.

ἦν, καὶ οὔτε τι ἀποκρίνεσθαι ηὕρισκεν, ἐδάκρυσε δὲ, καὶ ἀνέστενε, πρὸς αὐτὸν ἀΦορῶν [1] εἰς οἷα ἄρα ἐλήλυθε. Καὶ δὴ λέγει πρὸς τὸν Εὔξεινον, Ἐπίτρεψον, δέσποτα, βουλεύσασθαι βραχὺ, καὶ πρὸς πάντα ἀποκρινοῦμαι σοι τὰ ῥηθέντα. Καὶ ὁ μὲν Εὔξεινος ἀνεχώρει· ὁ δὲ Κόρυμβος τῇ Ἀνθίᾳ διείλεκτο τὸν ἔρωτα τὸν Εὐξείνου, καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, καὶ ὅτι δεῖ πάντως αὐτὴν πείθεσθαι τοῖς δεσπόταις· ὑπέσχετο δὲ πολλὰ, καὶ γάμον νόμιμον, καὶ χρήματα πεισθείσῃ καὶ περιουσίαν. Ἡ δὲ αὐτῷ τὰ ὅμοια ἀπεκρίνατο, αἰτησαμένη βραχὺν βουλεύσασθαι χρόνον. Καὶ ὁ μὲν Εὔξεινος καὶ ὁ Κόρυμβος μετ' ἀλλήλων ἦσαν περιμένοντες ὅ, τι ἀκούσονται, ἤλπιζον δὲ αὐτοὺς ῥᾳδίως πείσειν.

quid reſponderet, non inveniens; obortiſque lacrimis ingemuit, videns, in quae incidiſſet. At Euxinum tandem his alloquitur: Sine me pauliſper, here, quid his omnibus reſpondeam, conſulere. Euxinus diſcedit: Corymbus vero Euxini amorem Anthiae expoſuerat, praeſentemque neceſſitatem heris omnino morem gerendi; multa pollicitus, legitimas nuptias, argenti copiam, ſi pareat, omniumque rerum abundantiam. Illa par reſponſum dederat, paulum temporis ad deliberandum petens. Euxinus & Corymbus una exſpectabant, quid audituri eſſent; ſperabantque, ſe facile illis id eſſe perſuaſuros.

1 Εἰς οἷα ἄρα ἐλήλυθε) Forte: εἰς οἷα ἄρχυα ἐλήλυθε.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ
ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ὁ δὲ Ἀβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία [1] ἦκον εἰς τὸ δωμάτιον, ἔνθα συνήθως διητῶντο, καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες, ἅπερ ἠκηκόεσαν, καταβαλόντες ἑαυτοὺς ἔκλαιον, ὠδύροντο. Ὦ πάτερ, ἔλεγον, ὦ μῆτερ,

XENOPHONTIS
EPHESIACORUM
DE AMORIBUS
ANTHIAE ET ABROCOMAE
LIBER SECUNDUS.

ABROCOMAS & Anthia in cubiculum, ubi degere consueverant, ingressi, quae quisque audiverat, narrant, & humi prostrati plorabant, & conquerebantur, O carissimi parentes, o patria, o cognati, o do-

1 Ἦκον) Deest hoc verbum in edd. restitutum a Locella e Cod. Flor. Hemsterh. supplebat ἀλθόντες vel ἐπανελθόντες.

Digitized by Google

Πολυίδου γυνὴ) μεταπέμπεται τὴν Ἀνθίαν, (ἣν δὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας) καὶ περιῤῥήγνυσι τὴν ἐσθῆτα, καὶ αἰκίζεται τὸ σῶμα· Ὦ πονηρὰ, λέγουσα, καὶ τῶν γάμων τῶν ἐμῶν ἐπίβουλε, ματαίως ἔδοξας Πολυίδῳ καλὴ, οὐ γάρ σε ὀνήσει τὸ κάλλος τοῦτο. Ἴσως μὲν γὰρ πείθειν ληστὰς ἐδύνασο, καὶ συγκαθεύδειν νεανίσκοις μεθύουσι πολλοῖς· τὴν δὲ Ῥηναίας εὐνὴν οὔποτε ὑβρίσεις χαίρουσα. Ταῦτα εἰποῦσα ἀπέκειρε τὴν κόμην αὐτῆς, καὶ δεσμὰ περιτίθησι, καὶ παραδοῦσα οἰκέτῃ τινὶ πιστῷ, Κλυτῷ τοὔνομα, κελεύει ἐμβιβάσαντα εἰς ναῦν ἀπαγαγόντα εἰς Ἰταλίαν ἀποδόσθαι πορνοβοσκῷ τὴν Ἀνθίαν. Οὕτω γὰρ, ἔφη, δυνήσῃ ἡ καλὴ τῆς ἀκρασίας κόρον λαβεῖν. Ἤγετο δὲ ἡ Ἀνθία ὑπὸ τοῦ Κλυτοῦ κλαίουσα καὶ ὀδυρομένη, Ὦ κάλλος ἐπίβουλον, λέγουσα, ὦ δυστυχὴς εὐμορφία, τί μοι παραμένετε ἐνοχλοῦντα; τί δὲ αἴτια πολλῶν κακῶν μοι γίνεσθε; οὐκ ἤρκουν οἱ τάφοι, οἱ φόνοι, τὰ δε-

Polyidi uxori nomen) Anthiam, quae domi erat, arceſſit, veſtemque illi diſcindit, ac verberibus corpus indigne afficit: O ſcelus, dicens, meiſque nuptiis inſidioſa, fruſtra viſa es Polyido pulchra: non haec tibi forma proderit quidquam, fortaſſe enim latrones exorare potuiſti, atque ebriis concumbere adoleſcentibus, Rhenaeae lectum non impune vitiabis. Cum haec dixiſſet, detonſam vinctamque famulo cuidam fido tradit, Clyto nomen, iubetque, impoſitam navi in Italiam deportet, ac vendat lenoni. Ita enim, ait, poteris, quae pulchra ſis, libidinem explere. Ducebatur a Clyto Anthia flens, & queribunda voce dicens, O infelix & ubique inſidias mihi faciens forma, quid es tot malorum cauſa? Nonne ſepulcra, caedes, vincula, latrones ſa-

σμὰ, τὰ λῃστήρια; ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ οἰκήματος στήσομαι, καὶ τὴν μέχρι νῦν Ἀβροκόμῃ τηρουμένην σωφροσύνην πορνοβοσκὸς ἀναγκάσει με λύειν; Ἀλλ', ὦ δέσποτα, προσπεσοῦσα ἔλεγε τοῖς γόνασι τοῦ Κλυτοῦ, μή με ἐπὶ ἐκείνην τὴν τιμωρίαν ἅμα προαγάγῃς, ἀλλὰ ἀπόκτεινόν με αὐτός· οὐκ οἶσω πορνοβοσκὸν δεσπότην· σωφρονεῖν, πίστευσον, εἰθίσμεθα. Ταῦτα ἐδεῖτο· ἠλέει δὲ αὐτὴν ὁ Κλυτός. Καὶ ἡ μὲν ἀπήγετο εἰς Ἰταλίαν· ἡ δὲ Ῥηναία ἐλθόντι τῷ Πολυίδῳ λέγει, ὅτι ἀπέδρα ἡ Ἀνθία· κἀκεῖνος ἐκ τῶν ἤδη πεπραγμένων ἐπίστευεν αὐτῇ. Ἡ δὲ Ἀνθία κατήχθη μὲν εἰς Τάραντα, πόλιν τῆς Ἰταλίας. Ἐνταῦθα δὲ ὁ Κλυτὸς, δεδοικὼς τὰς τῆς Ῥηναίας ἐντολὰς, ἀποδίδοται αὐτὴν πορνοβοσκῷ. Ὁ δὲ ἰδὼν κάλλος, οἷον οὔπω πρότερον ἐτεθέατο, μέγα κέρδος ἕξειν τὴν παῖδα ἐνόμιζε. Καὶ ἡμέραις μέν τισιν αὐτὴν ἀνελάμβανεν ἐκ τοῦ πλοῦ κεκμηκυῖαν, καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ τῆς Ῥηναίας βασάνων.

tis erant, nisi & corpus prostituere adigar, & servatam Abrocomae huc usque pudicitiam leno cogat in propatulo habere? At tu, here, Clyti gentibus advoluta dicebat, ne me ad illud supplicium ducas, sed ipse occide. Non lenonem dominum feram: bene & pudice, credas, doctum atque eductum nobis est ingenium. Haec precantem Clytus miserabatur. Dum illa in Italiam aufertur, Rhenaea advenienti Polyido narrat, aufugisse Anthiam; qui ob ea, quae facta fuerant, facile fidem adhibuit. Anthia Tarentum deducta Italiae urbem, ibi a Clyto, Rhenaeae mandata reverito, lenoni venditur. Is formam egregiam nec visam ante miratus, magno sibi puellam lucro futuram existimans, tridui illam curatura refecit, & navigatione & verberibus Rhenaeae fessam.

Ὁ δὲ Κλυτὸς ἧκεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὰ πραχθέντα ἐμήνυσε τῇ Ῥηναίᾳ. Ὁ δὲ Ἱππόθους διανύσας τὸν πλοῦν κατήχθη μὲν εἰς Σικελίαν, οὐκ εἰς Συρακούσας δὲ, ἀλλ' εἰς Ταυρομένιον, καὶ ἐζήτει καιρὸν, δι' οὗ τὰ ἐπιτήδεια ἕξει. Τῷ δὲ Ἀβροκόμῃ ἐν Συρακούσαις, ἕως χρόνος πολὺς ἐγένετο, ἀθυμία ἐμπίπτει καὶ ἀπορία δεινὴ, ὅτι μηδὲ Ἀνθίαν εὑρίσκοι, μηδὲ εἰς τὴν πατρίδα ἀνασώζοιτο. Διέγνω οὖν ἀποπλεύσας ἐκ Σικελίας εἰς Ἰταλίαν ἀνελθεῖν, κἀκεῖθεν, εἰ μηδὲν εὑρίσκοι τῶν ζητουμένων, εἰς Ἔφεσον πλεῦσαι πλοῦν δυστυχῆ. Ἤδη δὲ καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Ἐφέσιοι πάντες ἐν πολλῷ πένθει ἦσαν, οὔτε ἀγγέλου παρ' αὐτῶν ἀφιγμένου, οὔτε γραμμάτων. Ἀπέπεμπον δὲ πανταχοῦ τοὺς ἀναζητήσοντας. Ὑπὸ ἀθυμίας δὲ καὶ γήρως οὐ δυνηθέντε ἀντισχεῖν οἱ γονεῖς ἑκατέρων, ἑαυτοὺς ἐξήγαγον τοῦ βίου.

Καὶ ὁ μὲν Ἀβροκόμης ἦει τὴν ἐπὶ Ἰταλίας ὁδόν.

Clytus, ut Alexandriam venit, de his, quae facta fuerant, certiorem fecit Rhenaeam; Hippothous vero ex navigatione deſcendit in Siciliam, non Syracuſis, ſed Tauromenii, quaerebatque occaſionem, qua ſibi neceſſaria pararet. Abrocomam, poſtquam diu fuerat Syracuſis, moeror & anxietas ingens inceſſit, quod neque Anthiam inveniat, neo ſe domum ſalvum recipiat. Statuit igitur a Sicilia in Italiam tranſire, ibique, ſi nihil eorum, quae quaerebat, inveniret, Epheſum infelicem navigationem dirigere. Iam diu parentes eorum & Epheſii omnes in multo luctu fuerant, nec nuntio nec literis acceptis. Miſerant ad perquirendum ubique; cumque ob moerorem & ſenium durare non poſſent parentes utriuſque, vitam ſibi ipſi ademerunt.

Dum Abrocomas in Italiam iter faciebat, Leucon

Digitized by Google

Ὁ δὲ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη, οἱ σύντροφοι τοῦ Ἀβροκόμου καὶ τῆς Ἀνθίας, τεθνηκότος αὐτοῖς ἐν Ξάνθῳ τοῦ δεσπότου, καὶ τὸν κλῆρον (ἦν δὲ πολὺς) ἐκείνοις καταλιπόντος, διέγνωσαν εἰς Ἔφεσον πλεῖν, ὡς, ἤδη μὲν αὐτοῖς τῶν δεσποτῶν σεσωσμένων, ἱκανῶς τῆς κατὰ τὴν ἀποδημίαν συμφορᾶς πεπειραμένοι. Ἐνθέμενοι δὲ πάντα τὰ αὐτῶν νηὶ ἀνήγοντο εἰς Ἔφεσον, καὶ ἡμέραις τε οὐ πολλαῖς ἀνύσαντες τὸν πλοῦν ἦκον εἰς Ῥόδον. Κἀκεῖ μαθόντες, ὅτι οὐδέπω μὲν Ἀβροκόμης καὶ Ἀνθία σώζοιντο, τεθνήκασι δὲ αὐτῶν οἱ πατέρες, διέγνωσαν εἰς Ἔφεσον μὴ κατελθεῖν· χρόνῳ δέ τινι ἐκεῖ [1] γενέσθαι, μέχρις οὗ τι περὶ τῶν δεσποτῶν πύθωνται.

Ὁ δὲ πορνοβοσκὸς, ὁ τὴν Ἀνθίαν ὠνησάμενος, χρόνου διελθόντος ἠνάγκασεν αὐτὴν οἰκήματος προεστᾶναι. Καὶ δὴ κοσμήσας καλῇ μὲν ἐσθῆτι, πολλῷ δὲ χρυσῷ, ἦγεν ὡς προστησομένην τέγους. Ἡ δὲ μεγά-

& Rhoda, ſodales Abrocomae & Anthiae, cum Xanthi mortuus illis herus hereditatem, quae magna erat, reliquiſſet, Epheſum redire ſtatuerunt, quaſi heri ſalvi iam eſſent, ipſi ſatis ſuperque aerumnarum peregre paſſi. Omnibus navi impoſitis, Epheſum ituri ſolvunt, ac paucorum dierum navigatione Rhodum pervenere; ubi certiores facti, Abrocomam & Anthiam nequaquam ſalvos eſſe, ac parentes eorum mortuos, conſtituerunt Epheſum non accedere, donec illic aliquantum morati aliquid de heris reſciverint.

Leno, qui Anthiam emerat, poſtremo quaeſtus gratia proſtare coëgit, pulchra veſte multoque auro ornatam. Dum proſtituendam in luſtrum ducebat, illa

1 Γενέσθαι) Sic eſt in Cod. Flor. Perperam edd. γενόμενοι.

λα ἀνακωκύσασα, Φεῦ μοι τῶν κακῶν, εἶπεν, οὐχ ἱκαναὶ γὰρ αἱ πρότερον συμφοραὶ, τὰ δεσμὰ, τὰ λῃστήρια, ἀλλ' ἔτι καὶ πορνεύειν ἀναγκάζομαι; ὦ κάλλος δικαίως ὑβρισμένον, τί γὰρ ἡμῖν ἀκαίρως παραμένεις; Ἀλλὰ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ οὐχ εὑρίσκω τινὰ μηχανὴν, δι' ἧς Φυλάξω τὴν μέχρι νῦν σωφροσύνην τετηρημένην; Ταῦτα λέγουσα ἤγετο ἐπὶ τὸ οἴκημα τοῦ πορνοβοσκοῦ, τὰ μὲν δεομένου θαῤῥεῖν, τὰ δὲ ἀπειλοῦντος. Ὡς δὲ ἦλθε, καὶ προέστη, πλῆθος ἐπέῤῥει τῶν τεθαυμακότων τὸ κάλλος, οἵ γε πολλοὶ ἦσαν ἕτοιμοι ἀργύριον κατατίθεσθαι τῆς ἐπιθυμίας. Ἡ δὲ ἐν ἀμηχάνῳ γενομένη κακῷ, εὑρίσκει τέχνην ἀποφυγῆς. Πίπτει μὲν γὰρ εἰς γῆν, καὶ παρεῖται τὸ σῶμα, καὶ ἐμιμεῖτο τοὺς νοσοῦντας τὴν ἐκ θεῶν καλουμένην νόσον. Ἦν δὲ τῶν παρόντων ἔλεος ἅμα καὶ φόβος, καὶ τοῦ μὲν ἐπιθυμεῖν συνουσίας ἀπείχοντο,

sublata voce eiulans, Eheu me miseram! inquit, nonne sat erant praeterita infortunia, vincula, latrones, nisi & ad merendum corpore adigerer? O formam contumelioſe merito habitam, cur enim remanes intempestiva? Sed quid ego flens non commentum aliquod molior, quo servatam huc usque pudicitiam custodiam? Haec dicens ad lenonis stabulum ducebatur, qui nunc bono esse animo hortabatur, nunc addebat minas. Ut venit, & prostitit, multitudo confluxit formam mirantium, multique pretium libidinis dare parati erant, cum illa, in malo ineluctabili se videns, effugii artem excogitavit. Subito concidit, artus remittuntur languidi ac velut resoluti, imitaturque correptos morbo, quem ceu divinitus immissum sacrum & divinum vocant. Qui aderant, misericordia pariter & metu affecti, concumben-

ἐθεράπευον δὲ τὴν Ἀνθίαν. Ὁ δὲ πορνοβοσκὸς συνεὶς, οἷ κακῶν ἐγεγόνει, καὶ νομίσας ἀληθῶς νοσεῖν τὴν κόρην, [1] ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ κατέκλινέ τε καὶ ἐθεράπευε. Καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτῆς γεγονέναι, ἀνεπυνθάνετο τὴν αἰτίαν τῆς νόσου. Ἡ δὲ Ἀνθία, Καὶ πρότερον, ἔφη, δέσποτα, εἰπεῖν πρός σε ἐβουλόμην τὴν συμφορὰν τὴν ἐμὴν, καὶ διηγήσασθαι τὰ συμβάντα, ἀλλὰ ἀπέκρυπτον αἰδουμένη· νυνὶ δὲ οὐδὲν χαλεπὸν εἰπεῖν πρός σε, πάντα ἤδη μεμαθηκότα τὰ κατ' ἐμέ. Παῖς ἔτι οὖσα, ἐν ἑορτῇ καὶ παννυχίδι ἀποπλανηθεῖσα τῶν ἐμαυτῆς, ἦκον πρός τινα τάφον ἀνδρὸς νεωστὶ τεθνηκότος· καὶνταῦθα ἐφάνη μοί τις ἀναθορῶν ἐκ τοῦ τάφου, καὶ κατέχειν ἐπειρᾶτο. Ἐγὼ δὲ ἀπέφυγον καὶ ἐβόων. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἦν μὲν ὀφθῆναι φοβερὸς, φωνὴν δὲ πολλῷ εἶχε χαλεπωτέραν. Καὶ τέλος ἡμέρα μὲν ἤδη ἐγίνετο· ἀφεὶς δέ με ἔπληξέ τε κατὰ τοῦ στήθους,

di deſiderio ſe abſtinentes, Anthiae opem ferunt. Leno, quale ſibi infortunium acciderit, intelligens, ac vere aegrotare puellam credens, domum ſubduxit, depoſitamque curare inſtituit. Ubi viſa eſt ſui compos facta, quaerit ab ea morbi cauſam. Quae, Et ante, dixit, here, calamitatem tibi meam, & omnia, quae inciderunt, narrare volui, ſed prae verecundia celavi; nunc, cum omnium ad me pertinentium certior ſis, iam non pudet dicere. Dum eſſem admodum parvula, ac feſtum & pervigilium ageretur, a meis evagata ad tumulum perveni hominis noviſſime mortui. Ibi quidam mihi e tumulo exſiliens apparuit, qui prehendere conabatur. Aufugi ego clamitans: terrebat hominis adſpectus, magiſque vox ingens & atrox. Tandem, ut illuxit, abire me ſivit, ac pectus meum percuſſit, dicens,

1 Ἦγεν) Ita reſtituit Hemſterh. Prave editi: ἦκεν.

καὶ νόσον ταύτην ἔλεγεν ἐμβεβληκέναι. Ἐκεῖθεν ἀρξαμένη ἄλλοτε ἄλλως ὑπὸ τῆς συμφορᾶς [1] κατέχομαι. Ἀλλὰ δέομαί σου, δέσποτα, μηδέν μοι χαλεπήνῃς· οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἰτία. Δυνήσῃ γάρ με ἀποδόσθαι, καὶ μηδὲν ἀπολέσαι τῆς δοθείσης τιμῆς. Ἀκούσας ὁ πορνοβοσκὸς ἠνιᾶτο μὲν, συνεγίνωσκε δὲ αὐτῇ, ὡς οὐχ ἑκούσῃ ταῦτα πασχούσῃ.

Καὶ ἡ μὲν ἐθεραπεύετο ὡς νοσοῦσα παρὰ τῷ πορνοβοσκῷ. Ὁ δὲ Ἀβροκόμης ἀπὸ τῆς Σικελίας [2] ἐπαναχθεὶς, κατῆρε μὲν εἰς Νουκέριον τῆς Ἰταλίας. Ἀπορίᾳ δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἀμηχανῶν ὅ τι ποιήσει, τὰ μὲν πρῶτα περιῄει τὴν Ἀνθίαν ζητῶν. Αὐτὴ γὰρ ἦν αὐτῷ τοῦ βίου παντὸς καὶ τῆς πλάνης ἡ ὑπόθεσις. Ὡς δὲ οὐδὲν ηὕρισκεν, (ἦν γὰρ ἐν Τάραντι ἡ κόρη παρὰ τῷ πορνοβοσκῷ) αὐτὸν ἀπεμίσθωσε τοῖς τοὺς λίθους ἐργαζομένοις. Καὶ ἦν αὐτῷ τὸ ἔργον ἐπίπονον, οὐ γὰρ

se hunc mihi morbum immisisse. Exinde me id malum invasit, quod me varie diversis temporibus cruciat. Sed obsecro, here, ne succenseas mihi: non enim hoc factum culpa mea: vendere me poteris, nec quidquam de pretio perdere. Leno, id aegre ferens, puellae tamen ignovit, utpote non haec libenter passae.

Dum illa aegrotans apud lenonem curabatur, Abrocomas Sicilia profectus ad Nuceriam Italiae defertur, inops consilii, quomodo victum quaereret. Primum circuire investigando Anthiam, quae illi & vitae universae & errorum causa fuerat. Cum eam non inveniret, erat enim puella Tarenti in domo lenonis, operam suam locavit lapicidis, grave sane opus corpori, lon-

1 Κατέχομαι) Lacunam h. l. asterisci in edd. notatam supplevit Locellae diligentia, subministrante ei hoc verbum e Codice Florentino Luchio.

2 Ἐπαναχθεὶς κατῆρε) Ita corr. Hemsterh. Perperam edd. ὑπαναχθεὶς κατῆρε.

συνείθιστο τὸ σῶμα οὐδὲ αὐτὸν ὑποβάλλειν ἔργοις εὐτόνοις ἢ σκληροῖς. Διέκειτο δὲ πονήρως, καὶ πολλάκις κατοδυρόμενος τὴν αὐτοῦ τύχην, Ἰδοὺ, ϕησὶν, Ἀνθία, ὁ σὸς Ἀβροκόμης ἐργάτης τέχνης πονήρας, καὶ τὸ σῶμα ὑποτέθεικα δουλείᾳ. Καὶ εἰ μὲν εἶχόν τινα ἐλπίδα εὑρήσειν σε καὶ τοῦ λοιποῦ συγκαταβιώσασθαι, τοῦτο πάντων ἄμεινόν με παραμυθοῖτο. Νυνὶ δὲ ἴσως κἀγὼ δυστυχὴς εἰς κενὰ καὶ ἀνόνητα πονῶ, καὶ σύ που τέθνηκας πόθῳ τῷ πρὸς Ἀβροκόμην. Πέπεισμαι γὰρ, Φιλτάτη, ὡς οὐκ ἄν ποτε οὔτε ἀποθανοῦσα ἐκλάθοιό μου.

Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ὠδύρετο, καὶ τοὺς πόνους ἔϕερεν ἀλγεινῶς. Τῇ δὲ Ἀνθίᾳ ὄναρ ἐπέστη ἐν Τάραντι κοιμωμένῃ. Ἐδόκει δὲ αὐτὴν εἶναι μετὰ Ἀβροκόμου, καλὴν οὖσαν μετ' ἐκείνου καλοῦ, καὶ τὸν πρῶτον εἶναι τοῦ ἔρωτος αὐτοῖς χρόνον. Φανῆναι δέ τινα ἄλλην γυναῖκα καλὴν, καὶ ἀϕέλκειν αὐτῆς τὸν Ἀβροκόμην·

gis durisque laboribus inassueto. Aeger saepe suas fortunas deplorans, En, Anthia, dixit, tuus Abrocomas, opifex laboriosissimae artis corpus in servitutem dedi. At si spem saltem haberem, te inveniendi, vivendique tecum quod supereset, optimum hoc mihi esset solatium. Nunc & ego forsan infelix inanibus & nil profuturis laboribus me macero, tuque uspiam interiisti Abrocomae desiderio; credo enim, anime mi, nunquam nec mortuam te mei oblitam esse.

His ille querebatur, labores misere sustinens, dum Tarenti per somnium Anthiae visus est adesse Abrocomas: ipsa sibi videbatur dormire cum Abrocoma, formosa cum formoso, idque sibi esse amoris mutui initium. Tum pulchra quaedam femina visa est Abro-

Digitized by Google

καὶ τέλος ἀναβοῶντος, καὶ καλοῦντος ὀνομαστὶ, ἐξαναστῆναί τε καὶ παύσασθαι τὸ ὄναρ. Ταῦτα ὡς ἔδοξεν ἰδεῖν, εὐθὺς μὲν ἀνέθορέ τε, καὶ ἀνεθρήνησε, καὶ ἀληθῆ τὰ ὀφθέντα ἐνόμιζεν· Οἴμοι τῶν κακῶν, λέγουσα, ἐγὼ μὲν καὶ πόνους ὑπομένω πάντας, καὶ ποικίλων πειρῶμαι δυστυχὴς συμφορῶν, καὶ τέχνας σωφροσύνης ὑπὲρ γυναῖκας εὑρίσκω Ἀβροκόμῃ· σοὶ δὲ ἴσως ἄλλη που δέδοκται καλή. Ταῦτα γάρ μοι σημαίνει τὰ ὀνείρατα. Τί οὖν ἔτι ζῶ; τί ἐμαυτὴν λυπῶ; κάλλιον οὖν ἀπολεῖσθαι, καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ πονήρου τούτου βίου, ἀπαλλαγῆναι δὲ τῆς ἀπρεποῦς ταύτης καὶ ἐπισφαλοῦς δουλείας. Ἀβροκόμης μὲν γὰρ εἰ καὶ τοὺς ὅρκους παραβέβηκε, μηδὲν οἱ θεοὶ τιμωρήσαιντο τοῦτον, ἴσως ἀνάγκη τι εἴργασται· ἐμοὶ δὲ ἀποθανεῖν καλῶς ἔχει σωφρονούσῃ.

Ταῦτα ἔλεγε θρηνοῦσα, καὶ μηχανὴν ἐζήτει τελευτῆς. Ὁ δὲ Ἱππόθοος ὁ Περίνθιος ἐν τῷ Ταυρομε-

comam ab ipsa abstrahere; illoque clamante, & nomine se vocante, somnium evanuisse. Confestim surrexit, ac vera esse, quae viderat, existimans, flens, Heu me miseram! inquit, labores & omnis generis infortunia patior, consiliaque & artes servandae pudicitiae excogito, dum tu forsan alius forma captus es, Abrocoma, quod mihi insomnia significant. Quid etiamnum vivo? cur me dolore conficio? pulcherrimum certe mori, ac simul infelici vita, & indecora hacce & periculosa servitute liberari. Abrocomam, si quid peieravit, non ulciscantur Dii, necessitate forsan coactum; me vero pudicam mori omnino decet.

Haec illa cum lacrimis questa, modum quaerebat se interimendi. Interea Hippothous Perinthius Tauro-

νίῳ τὰ μὲν πρῶτα διῆγε πονήρως ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων. Χρόνου δὲ προϊόντος ἠράσθη πρεσβύτις αὐτοῦ, καί ἔγημέ τε ὑπ' ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν ἀπορίαν τὴν πρεσβύτιν, καὶ ὀλίγῳ συγγενόμενος χρόνῳ, ἀποθανούσης αὐτῆς, πλοῦτόν τε διαδέχεται πολὺν καὶ εὐδαιμονίαν. Πολλὴ μὲν οἰκετῶν παραπομπὴ, πολλὴ δὲ τῶν ἐσθήτων ὕπαρξις, καὶ σκευῶν πολυτέλεια. Διέγνω δὲ πλεῦσαι μὲν εἰς Ἰταλίαν, ὠνήσασθαι δὲ οἰκέτας ὡραίους καὶ θεραπαίνας, καὶ ἄλλην σκευῶν περιβολὴν, ὅση γένοιτ' ἂν ἀνδρὶ εὐδαίμονι. Ἐμέμνητο δὲ ἀεὶ τοῦ Ἀβροκόμου, καὶ τοῦτον ἀνευρεῖν ἤθελεν, περὶ πολλοῦ ποιούμενος κοινωνῆσαί τε αὐτῷ τοῦ βίου παντὸς καὶ τῶν κτημάτων. Καὶ ὁ μὲν ἐπαναχθεὶς κατῆρεν εἰς Ἰταλίαν· εἵπετο δὲ αὐτῷ μειράκιον τῶν εἰς Σικελίαν εὖ γεγονότων, Κλεισθένης τοὔνομα, καὶ πάντων μετεῖχε τῶν Ἱππόθου κτημάτων, καλὸς ὤν.

Ὁ δὲ πορνοβοσκὸς, ἤδη τῆς Ἀνθίας ὑγιαίνειν δο-

menii ſtatim inopia laboravit: inde, cum divitem anum, quae illum miſere amabat, uxorem, inopia coactus, duxiſſet, illa brevi mortua, divitias & rerum omnium copiam adeptus eſt. Servorum magnus comitatus, multa veſtis, & lauta & magnifica ſupellex non deerant. Statuit igitur in Italiam navigare, ſervos & ancillas forma luculenta emere, reliquumque cultum parare, qualem habere virum beatum deceat. Abrocomam ſubinde recordatus invenire optabat, id permagni exiſtimans, ſi vitam omnino & divitias communes cum eo haberet. In Italiam devehitur, atque una illum e Sicilia ſecutus ingenuus ac formoſus adoleſcentulus, Cliſtheni nomen, fortunarum omnium ſocius & particeps.

Leno, cum Anthia convaluiſſe iam videretur, vena-

Digitized by Google

κούσης, ἐνενόει, ὅπως αὐτὴν ἀποδώσεται. Καὶ δὴ προῆγεν αὐτὴν εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ τοῖς ὠνησομένοις ἐπεδείκνυεν. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ἱππόθοος περιήει τὴν πόλιν τὴν Τάραντα, εἴ τι καλὸν, ὠνήσασθαι ζητῶν· καὶ ὁρᾷ τὴν Ἀνθίαν, καὶ γνωρίζει, καὶ ἐπὶ τῷ συμβάντι καταπλήσσεται, καὶ πολλὰ πρὸς ἑαυτὸν ἐλογίζετο. Οὐχ αὕτη ἡ κόρη, ἣν ἐγώ ποτε ἐν Αἰγύπτῳ τιμωρῶν τῷ Ἀγχιάλου Φόνῳ εἰς τάΦρον κατώρυξα, καὶ κύνας αὐτῇ συγκαθεῖρξα; τίς οὖν ἡ μεταβολὴ; πῶς δὲ σώζεται; τίς ἡ ἐκ τῆς τάΦρου Φυγή; τίς ἡ παράλογος σωτηρία; Εἰπὼν ταῦτα προσῆλθεν, ὡς ὠνήσασθαι θέλων. Καὶ παραστὰς αὐτῇ, Ὦ κόρη, ἔΦησεν, Αἴγυπτον οὐκ οἶδας; οὐδὲ ληστᾶϊς ἐν Αἰγύπτῳ περιπέπτωκας; οὐδὲ ἄλλο τι ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ πέπονθας δεινόν; εἰπὲ θαρσοῦσα, γνωρίζω γάρ σε ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ. Αἴγυπτον ἀκούσασα καὶ ἀναμνησθεῖσα Ἀγχιάλου, καὶ τοῦ ληστηρίου, καὶ τῆς τάΦρου, ἀνώμωξέ τε, καὶ ἀνωδύρατο· ἀποβλέψασα δὲ εἰς τὸν

lem in forum produxit, & emturis oſtendit; cum forte Hippothous, Tarentum pererrans, pulchrum quid ad emendum quaerens, Anthiam videt & agnoſcit. Percuſſit illico animum ea res, multaque ſecum reputabat. Nonne haec eadem puella, quam ego quondam in Aegypto, Anchiali necem ulciſcens, foſſa obrui iuſſi cum canibus incluſam? Quae transformatio? quomodo ſervata fuit? quod e foſſa effugium? quae inopinata incolumitas? His dictis, ut emturus accedit, atque adſtans: Noſtine Aegyptum, puella? nonne ibi in latrones incidiſti? nonne aliud ibi paſſa es malum? Dic ſodes: nam te illic novi. Aegyptum audiens, Anchiali & latronum & foſſae memor, ſuſpirans & ingemiſcens

Ἱππόθοον, (ἐγνώρισε δὲ αὐτὸν οὐδαμῶς) Πέπονθα, φησὶν, ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ, ὦ ξένε, καὶ δεινὰ, ὅστις ἄν ποτε ὢν τυγχάνεις, καὶ λῃσταῖς περιπέπτωκα. Ἀλλά σου πῶς, εἰπὲ, γνωρίζεις τὰ ἐμὰ διηγήματα; πόθεν δὲ εἰδέναι θέλεις ἐμὲ τὴν δυστυχῆ; διαβόητα μὲν γὰρ καὶ [1] ἔνδοξα πεπόνθαμεν, ἀλλά σε οὐ γινώσκω τὸ σύνολον. Ἀκούσας ὁ Ἱππόθοος, καὶ μᾶλλον, ἐξ ὧν ἔλεγεν, ἀναγνωρίσας αὐτὴν, τότε μὲν ἡσυχίαν ἤγαγεν. Ὠνησάμενος δὲ αὐτὴν παρὰ τοῦ πορνοβοσκοῦ ἄγει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ θαῤῥεῖν παρεκελεύετο, καὶ, ὅστις ἦν, λέγει, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ γενομένων ἀναμιμνήσκει, καὶ τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον διηγεῖται, καὶ τὴν Φυγήν. Ἡ δὲ ἠτεῖτο συγγνώμην ἔχειν, καὶ αὐτῷ ἀπεξηγεῖτο, ὅτι Ἀγχίαλον ἀπέκτεινε μὴ σωφρονοῦντα, καὶ τὴν τάφρον, καὶ τὸν Ἀμφίνομον, καὶ τὴν τῶν κυνῶν πραότητα, καὶ τὴν σωτηρίαν διηγεῖται. Κατῴκτειρεν αὐτὴν ὁ Ἱππόθοος, καὶ ἤτις μὲν

Hippothoum intuetur, haud agnoſcens. Et, Multa, inquit, o hoſpes, quiſquis es, in Aegypto paſſa ſum & gravia, incidique in latrones. At tu dic, quaeſo, quomodo res meas & me miſeram noſti? fama quidem vulgata mala toleravi, ſed nequaquam te novi. His auditis, Hippothous certior omnino factus, tunc quidem nihil addens, emtam a lenone domum abducit, bonoque eſſe animo iubet, &, quis ipſe ſit, & quae in Aegypto acciderant, memorat, & opes & fugam narrat. Illa, ut ſibi ignoſcat, precatur, & a ſe occiſum Anchialum fatetur, vitium offerentem; ac foſſam, Amphinomum, canumque manſuetudinem, effugiumque narrat. Puellae miſertus eſt Hippothous, nec amplius

1 Ἔνδοξα πεπόνθαμεν) Πεπόνθαμεν eſt e coniectura Hemſterh. Edd. habent πέπονθα μέν. Pro ἔνδοξα Locella malit ἀδόξα. Sed ἔνδοξα h. l. idem valet, quod διαβόητα.

ἦν, ἐπέπυστο οὐδέπω. Ἐκ δὲ τῆς καθημερινῆς σὺν τῇ κόρῃ διαίτης εἰς ἐπιθυμίαν Ἀνθίας καὶ Ἱππόθοος ἔρχεται, καὶ συνελθεῖν ἐβούλετο, καὶ πολλὰ ὑπισχνεῖται αὐτῇ. Ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἀντέλεγεν αὐτῷ, ἀνάξια εἶναι λέγουσα εὐνῆς δεσποτικῆς· τέλεον δὲ, ὡς ἐνέκειτο Ἱππόθοος, οὐκέτ' ἔχουσα ὅ τι ποιήσει, κάλλιον εἶναι νομίζουσα εἰπεῖν πάντα αὐτῷ τὰ ἀπόῤῥητα, ἢ παραβῆναι τὰς πρὸς Ἀβροκόμην συνθήκας, λέγει τὸν Ἀβροκόμην, τὴν Ἔφεσον, τὸν ἔρωτα, τοὺς ὅρκους, τὰς συμφορὰς, τὰ λῃστήρια, καὶ συνεχὲς Ἀβροκόμην ἀνωδύρετο. Ὁ δὲ Ἱππόθοος ἀκούσας ὅτι τε Ἀνθία εἴη, καὶ ὅτι γυνὴ τοῦ πάντων αὐτῷ φιλτάτου, ἀσπάζεταί τε αὐτὴν, καὶ εὐθυμεῖν παρεκάλει, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς Ἀβροκόμην φιλίαν διηγεῖται. Καὶ τὴν μὲν εἶχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας, πᾶσαν προσάγων ἐπιμέλειαν, Ἀβροκόμην αἰδούμενος. Αὐτὸς δὲ πάντα ἀνηρεύνα, εἴ που τὸν Ἀβροκόμην ἀνεύροι.

quaenam eſſet percontatus eſt; verum ex quotidiana cum Anthia conſuetudine, eius amore flagrare coepit. Cumque multis eam promiſſis ſollicitaret, abnuere illa primum, ſe non dignam herili lecto dicens; tandem inſtanti Hippothoo, cum nil aliud ſuppeteret, ſatiuſque eſſe ducens, omnia vel arcana prodere, quam datam Abrocomae fidem ſolvere, de Abrocoma narrat omnia, & Epheſum, & amorem, & iusiurandum, & infortunia, ſubinde gemens Abrocomae deſiderio. Hippothous, ut audivit Anthiam illam eſſe, amici ſui ſummi uxorem, amplexatur, ac bono eſſe animo iubet, ſuam cum Abrocoma amicitiam narrans. Illam domi habuit, omnique cura proſecutus eſt Abrocomae gratia, omniaque inveſtigavit, ſicubi Abrocomam inveniret.

Digitized by Google

Ὁ δὲ Ἀβροκόμης τὰ μὲν πρῶτα ἐπιπόνως ἐν τῷ Νουκερίῳ εἰργάζετο· τελευταῖον δὲ, οὐκέτι φέρων τοὺς πόνους, διέγνω νεὼς ἐπιβὰς εἰς Ἔφεσον ἀνάγεσθαι. Καὶ ὁ μὲν νύκτωρ κατελθὼν ἐπὶ θάλασσαν, [1] ἐπιτυγχάνει πλοίῳ ἀναγομένῳ, καὶ ἐπιβὰς ἔπλει τὴν ἐπὶ Σικελίαν πάλιν· ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ Κρήτην τε, καὶ Κύπρον, καὶ Ῥόδον ἀφιξόμενος, κἀκεῖθεν εἰς Ἔφεσον γενησόμενος. Ἤλπιζε δὲ ἐν τῷ μακρῷ πλῷ καὶ περὶ Ἀνθίας τι πυθέσθαι. Καὶ ὁ μὲν ὀλίγα ἔχων τὰ ἐπιτήδεια ἀναγόμενος, καὶ διανύσας τὸν πλοῦν, τὰ μὲν πρῶτα ἐπὶ τῆς Σικελίας ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει τὸν πρότερον ξένον τὸν Αἰγιαλέα τεθνηκότα. Ἐπενέγκας δὲ αὐτῷ χοὰς, καὶ πολλὰ καταδακρύσας, ἀναχθεὶς πάλιν, καὶ Κρήτην παρελθὼν, ἐν Κύπρῳ γενόμενος, ἡμέρας διατρίψας ὀλίγας, καὶ εὐξάμενος τῇ πατρίῳ Κυπρίων θεῷ, ἀνήγετο, καὶ ἦκεν εἰς Ῥόδον. Ἐν-

Abrocomas primum Nuceriae aegre victum in opere faciundo exercebat; tandem labores non amplius ferre valens, conscensa navi statuit Ephesum proficisci. Noctu mare accedens, navim nactus, quae educebatur, in Siciliam iterum navigavit, ut inde Cretam, Cyprum, & Rhodum, tandemque Ephesum perveniret. Sperabat & in longa navigatione se aliquid de Anthia auditurum. Cum parvo igitur commeatu prospera navigatione in Siciliam vectus, veteri hospiti Aegialeo, quem mortuum invenit, iusta fecit, & flevit; tum iterum solvit, & Cretam praeteriens Cyprum venit, ibique aliquot dies commoratus, precatusque patriam Cypriorum Deam, in Rhodum proficiscitur, & illic prope

1 Ἐπιτυγχάνει) Ita corr. Hemsterh. vulg. ἐπιφθάνει, quod, ipso iudice, non minus ab usu veterum, quam a recta structurae lege abhorret.

ταῦθα πλησίον τοῦ λιμένος [1] εἰσῳκίσατο. Καὶ ἤδη τε ἐγγὺς ἐγίνετο Ἐφέσου, καὶ πάντων αὐτὸν ἔννοια τῶν δεινῶν εἰσήρχετο, τῆς πατρίδος, τῶν πατέρων, τῆς Ἀνθίας, τῶν οἰκετῶν. Καὶ ἀναστενάξας, Φεῦ, ἔφη, τῶν κακῶν· εἰς Ἔφεσον ἵξομαι μόνος, καὶ πατράσιν ὀφθήσομαι τοῖς ἐμαυτοῦ χωρὶς Ἀνθίας, καὶ πλεύσομαι πλεῦν ὁ δυστυχὴς κενὸν, καὶ διηγήσομαι διηγήματα ἴσως ἄπιστα, κοινωνὸν, ὧν πέπονθα, οὐκ ἔχων. Ἀλλὰ καρτέρησον, Ἀβροκόμη, καὶ γενόμενος ἐν Ἐφέσῳ τοσοῦτον ἐπιβίωσον χρόνον, τάφον ἔγειρον τῇ Ἀνθίᾳ, καὶ θρήνησον αὐτὴν, καὶ χοὰς ἐπένεγκαι, καὶ σαυτὸν ἤδη παρ' αὐτὴν ἄγε. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ περιήει τὴν πόλιν ἀλύων, ἀπορίᾳ μὲν τῇ κατὰ τὴν Ἀνθίαν, ἀπορίᾳ δὲ τῶν ἐπιτηδείων.

Ὁ δὲ Λεύκων ἐν τούτῳ καὶ ἡ Ῥόδη διατρίβοντες ἐν Ῥόδῳ ἀνάθημα ἀνατεθείκεσαν ἐν τῷ τοῦ Ἡλίου ἱε-

portum divertit. Cum iam non longe Epheſo abeſſet, malorum omnium cogitatio ſubit, patriae, parentum, Anthiae, ſodalium; & ingemiſcens, O infortunia! inquit, Epheſum ſolus redeam, & parentes me videant abſque Anthia, & inutilem navigationem perficiam, & res narrem forſan minime credibiles, conſcium eorum, quae paſſus fuerim, non habens. At dura, Abrocoma, atque, cum Epheſi fueris, tamdiu vive, donec Anthiae tumulum excites, & lacrimas illi, ac iuſta perſolvas, tum temet ipſi adiungas. His dictis, urbem anxius pererrabat, inops conſilii, quo Anthiam, quo victum quaereret.

Interea Leucon & Rhoda, dum Rhodi morantur, donum in Solis templo poſuerant, prope aurea arma

1 Εἰσῳκίσατο) Haec eſt lectio cenſuerat Hemſterhuſius. Vulgo, Cod. Flor. atque ita legendum εἰσῳκήσατο.

ρῷ παρὰ τὴν χρυσὴν πανοπλίαν, ἣν Ἀνθία καὶ Ἀβροκόμης ἀνατεθείκεσαν. Ἀνέθεσαν στήλην, γράμμασι χρυσοῖς γεγραμμένην ὑπὲρ Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας. Ἀνεγέγραπτο δὲ καὶ τῶν ἀναθέντων τὰ ὀνόματα, ὅ τε Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη. Ταύτῃ τῇ στήλῃ ὁ Ἀβροκόμης ἐπιτυγχάνει· ἐληλύθει δὲ προσεύξασθαι τῷ θεῷ. Ἀναγνοὺς οὖν, καὶ γνωρίσας τοὺς ἀναθέντας, καὶ τὴν οἰκετῶν εὔνοιαν, πλησίον δὲ καὶ τὴν πανοπλίαν ἰδών, μέγα ἀνωδύρετο παρακαθεσθεὶς τῇ στήλῃ. Ὦ πάντα, ἔλεγεν, ἐγὼ δυστυχής· ἐπὶ τὸ τέρμα ἥκω τοῦ βίου, καὶ εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐμαυτοῦ συμφορῶν. Ἰδοὺ ταύτην μὲν τὴν πανοπλίαν ἐγὼ μετ' Ἀνθίας ἀνέθηκα, καὶ μετ' ἐκείνης ἀποπλεύσας Ῥόδου, ἥκω νῦν ἐκείνην οὐκ ἄγων. Εἰ δὲ αὕτη ἡ στήλη τῶν συντρόφων τῶν ἡμετέρων ὑπὲρ ἀμφοτέρων τὸ ἀνάθημα, τίς οὖν γένωμαι μόνος; ποῦ δὲ τοὺς φιλτάτους ἀνεύρω; Ταῦ-

olim fixa ab Abrocoma & Anthia, & titulum addiderant aureis literis inſcriptum de Abrocoma & Anthia; neque ipſorum deerant nomina, qui ſtatuerant, Leucon & Rhoda. Cum in hunc titulum incidiſſet Abrocomas, venerat enim ad ſupplicandum Deo, ac legens perſpiceret benevolentiam famulorum, qui poſuerant, ac prope arma videret, affidens titulo ingemuit. Heu me omnino, inquit, infelicem! ad extremum vitae perveni, atque in recordationem calamitatum mearum. Hanc ecce armaturam ego ſimul cum Anthia dedicavi, & cum ea Rhodo profectus, nunc redeo illam non adducens. Quia autem hic titulus a ſodalibus noſtris de utroque noſtrûm eſt poſitus, quid fiam ſolus? ubi aſſequar mihi

2 Καὶ εἰς ἀνάμν. — οὐκ ἄγων. Ei) Inſignem hanc in edd. lacunam primus e Cod. Flor. ſupplevit Locella.

τα ἐθρήνει λέγων. Καὶ ἐν τούτῳ ἐφίσταται ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη συνήθως εὐχόμενοι τῷ θεῷ, καὶ θεωροῦσι τὸν Ἀβροκόμην τῇ στήλῃ παρακαθεζόμενον, καὶ εἰς τὴν πανοπλίαν ἀποβλέποντα, καὶ γνωρίζουσι μὲν οὐχὶ, θαυμάζουσι δὲ, ὅστις ὢν ἀλλοτρίοις ἀναθήμασι παραμένοι. Καὶ δὴ ὁ Λεύκων ἔφη, Ὦ μειράκιον, τί βουλόμενος ἀναθήμασιν οὐδὲν σοι προσήκουσι παρακαθεζόμενος ὀδύρῃ καὶ θρηνεῖς; τί δέ σοι τούτων μέλει; τί δὲ τῶν ἐνταῦθα ἀναγεγραμμένων κοινωνεῖ σοι; Ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὸν Ἀβροκόμης· Ἐμὰ, φησὶν, ἐμὰ τὰ ἀναθήματα Λεύκωνος καὶ Ῥόδης, οὓς ἰδεῖν εὔχομαι μετὰ Ἀνθίας Ἀβροκόμης ὁ δυστυχής. Ἀκούσαντες οἱ περὶ τὸν Λεύκωνα εὐθὺς μὲν ἀχανεῖς ἐγένοντο· ἀνενεγκόντες δὲ κατὰ μικρὸν ἐγνώριζον ἐκ τοῦ σχήματος, ἐκ τῆς φωνῆς, ἐξ ὧν ἔλεγεν, ἐξ ὧν Ἀνθίας ἐμέμνητο. Καὶ πίπτουσι πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ καθ' αὑτοὺς διηγοῦνται, τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Συρίαν ἀπὸ Τύρου, τὴν Μαντοῦς ὀργὴν, τὴν

egregie caros? Haec cum lacrimis dicenti Leucon & Rhoda adsunt, pro more Deo supplicaturi. Abrocomam titulo assidentem & intuentem arma vident, nec noscentes mirantur, quis ita alienis donariis immoretur. Et Leuco quidem, Quid tibi vis, inquit, adolescens, donis nihil te attinentibus assidens, lacrimans & ingemiscens? Quid haec tibi curae sunt? quid tibi cum iis, quorum nomina inscripta vides? Abrocomas, Mea, respondit, mea munera sunt Leuconis & Rhodae, quos cum Anthia videre miser ego Abrocomas exopto. Obstupuere ii, cum haec audissent; tum ex habitu, e voce, ex his, quae dixerat, & quod Anthiam memoraverat, agnoscentes, ad pedes illius procidunt, quaeque illis evenerant, narrant, a Tyro in Syriam iter, Man-

Digitized by Google

ἔκδοσιν, τὴν πράσιν, τὴν Λυκίαν, τὴν τῶν δεσποτῶν τελευτὴν, τὴν περιουσίαν, τὴν εἰς Ῥόδον ἄφιξιν. Καὶ δὴ παραλαβόντες ἄγουσιν εἰς τὴν οἰκίαν, ἔνθα αὐτοὶ κατήγοντο, καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν παραδιδόασι, καὶ ἐπεμελοῦντο, καὶ ἐθεραπεύοντο, καὶ θαρρεῖν παρεκάλουν. Τῷ δὲ ἦν οὐδὲν Ἀνθίας τιμιώτερον, ἀλλ' ἐκείνην ἐθρήνει παρ' ἕκαστα.

Καὶ ὁ μὲν ἐν Ῥόδῳ διῆγεν μετὰ τῶν συντρόφων, ὅ τι πράξει βουλευόμενος. Ὁ δὲ Ἱππόθοος διέγνω τὴν Ἀνθίαν ἀγαγεῖν ἀπὸ Ἰταλίας εἰς Ἔφεσον, ὡς ἀποδώσων τε τοῖς γονεῦσι, καὶ περὶ Ἀβροκόμου ἐκεῖ τι πευσόμενος. Καὶ δὴ ἐμβαλὼν πάντα τὰ αὐτοῦ εἰς ναῦν μεγάλην Ἐφεσίαν, μετὰ τῆς Ἀνθίας ἀνήγετο, καὶ διανύσας μάλα ἀσμένως τὸν πλοῦν οὐ πολλαῖς ἡμέραις εἰς Ῥόδον καταίρει νυκτὸς ἔτι, κἀνταῦθα παρᾴγεται παρά τινι πρεσβύτιδι, Ἀλθαίᾳ τὸ ὄνομα, πλησίον δὲ τῆς θαλάσσης, καὶ τὴν τε Ἀνθίαν παρά-

tus iram, locatos ſe & venditos, in Lyciam devectos; dominorum obitum, divitias, & reditum Rhodum. Inde domum, ubi habitabant, ducunt, eique rem, quanta illis erat, tradunt, multaque cura famulantur, ut bono ſit animo hortantes. Illi nil erat Anthia carius, quam aſſidue deflebat.

Dum is Rhodi cum ſodalibus, quid faciendum ſit, deliberat, Hippothous ſtatuit Anthiam ab Italia Epheſum ducere, ut eam parentibus reddat; ibique aliquid de Abrocoma ſe auditurum ſperans, re omni navi cuidam magnae Epheſiae impoſita, cum Anthia ſolvit, & admodum ſecunda navigatione uſus, non multos poſt dies Rhodum noctu appulit, & ibi apud anum Althaeam nomine in litore divertit, & Anthiam ad ho-

γει παρὰ τὴν ξένην. Καὶ αὐτὸς ἐκείνης μὲν τῆς νυκτὸς ἀνεπαύσατο· τῇ δὲ ἐξῆς ἤδη μὲν περὶ τὸν πλοῦν ἐγίνοντο. Ἑορτὴ δέ τις ἤγετο μεγαλοπρεπὴς, δημοσία τῶν Ῥοδίων ἀγόντων τῷ Ἡλίῳ, καὶ πομπή τε, καὶ θυσία, καὶ πολιτῶν ἑορταζόντων πλῆθος. Ἐνταῦθα παρῆσαν ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη, οὐ τοσοῦτον τῆς ἑορτῆς μεθέξοντες, ὅσον ἀναζητήσοντες, εἴ τι περὶ Ἀνθίας πύθοιντο. Καὶ δὴ ἦκεν ὁ Ἱππόθοος εἰς τὸ ἱερὸν, ἄγων τὴν Ἀνθίαν. Ἡ δὲ ἀπιδοῦσα εἰς τὰ ἀναθήματα, καὶ ἐν ἀναμνήσει τῶν προτέρων γενομένη, Ὦ τὰ πάντων, ἔφησεν, ἀνθρώπων ἐφορῶν, Ἥλιε, μόνην ἐμὲ τὴν δυστυχῆ παρελθὼν, πρότερον μὲν ἐν Ῥόδῳ γενομένη εὐτυχῶς τέ σε προσεκύνουν, καὶ θυσίας ἔθυον μετὰ Ἀβροκόμου, καὶ εὐδαίμων τότε ἐνομιζόμην· νυνὶ δὲ δούλη μὲν ἀντ' ἐλευθέρας, αἰχμάλωτος δὲ ἡ δυστυχὴς ἀντὶ τῆς μακαρίας, καὶ εἰς Ἔφεσον ἔρχομαι μόνη, καὶ φανοῦμαι τοῖς οἰκείοις Ἀβροκόμην οὐκ ἔχουσα. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ πολλὰ ἐπεδάκρυε. Καὶ δεῖται τοῦ Ἱππόθοου

spitem adducit. Ea nocte quievit. Insequenti die de navigatione cogitarunt; sed festus is dies Soli publica Rhodiorum magnificentia agebatur. Pompa, & sacrificium, & civium celebritas. Aderant Leuco & Rhoda non tam publicae laetitiae participes, quam conquisituri, si quid de Anthia audirent, cum Hippothous templum intrat ducens Anthiam. Illa dona respiciens, & praeteritorum recordata, O Sol, ait, qui humana omnia intueris, unam me miseram praeteriens, quae, cum antehac Rhodi essem, te feliciter adorans, sacra tibi cum Abrocoma feci, & tunc beata quidem existimabar, nunc serva pro libera, & captiva infelix pro felici Ephesum sola redeo, domesticis me absque Abrocoma ostensura. Haec lacrimans loquitur, obsecratque Hippothoum, ut

Digitized by Google

ἐπιτρέψαι αὐτῇ τῆς κόμης ἀφελεῖν τῆς αὐτῆς, καὶ ἀναθεῖναι τῷ Ἡλίῳ, καὶ εὔξασθαί τι περὶ Ἀβροκόμου. Συγχωρεῖ ὁ Ἱππόθοος. Καὶ ἀποτεμοῦσα τῶν πλοκάμων, ὅσα ἐδύνατο, καὶ ἐπιτηδείου καιροῦ λαβομένη, πάντων ἀπηλλαγμένων, ἀνατίθησιν ἐπιγράψασα· ΥΠΕΡ. ΤΟΥ. ΑΝΔΡΟΣ. ΑΒΡΟΚΟΜΟΥ. ΑΝΘΙΑ. ΤΗΝ. ΚΟΜΗΝ. ΤΩΙ. ΘΕΩΙ. ΑΝΕΘΗΚΕ. Ταῦτα ποιήσασα, καὶ εὐξαμένη, ἀπῆει μετὰ τοῦ Ἱππόθοου.

Ὁ δὲ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη τέως ὄντες περὶ τὴν πομπὴν ἐφίστανται τῷ ἱερῷ, καὶ βλέπουσι τὰ ἀναθήματα, καὶ γνωρίζουσι τῶν δεσποτῶν τὰ ὀνόματα, καὶ πρῶτον ἀσπάζονται τὴν κόμην, καὶ πολλὰ κατωδύροντο οὕτως ὡς Ἀνθίαν βλέποντες. Τελευταῖον δὲ περιῆεσαν, εἴ που κἀκείνην εὑρεῖν δυνήσονται. Ἤδη δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν Ῥοδίων ἐγνώριζον τὰ ὀνόματα ἐκ τῆς προτέρας [1] ἐπιδημίας. Κἀκείνην μὲν τὴν ἡμέραν οὐδὲν

comae ſibi partem abſcindere liceat, ac Soli donum ponere, & pro Abrocoma precari. Cum permiſiſſet Hippothous, illa abſcindens quod comae poterat, occaſionem nacta, cum nemo adeſſet, poſuit & inſcripſit: PRO. VIRO. ABROCOMA. ANTHIA. COMAM. HANC. DONUM. DEO. DEDIT. His peractis cum ſupplicaſſet, una cum Hippothoo abit.

Leuco & Rhoda, qui interim pompam proſecuti fuerant, templum accedunt, & munera intuentes herilia noſcunt, ac primum cupide comam deoſculantur, plorantque non ſecus, ac ſi Anthiam videant, ac tandem, ſicubi eam invenire poſſint, conquirunt, cum & Rhodii omnes noſſent nomina adoleſcentum, ex quo primum ibi peregre venerant. Nihil illo die invenientes abiere,

1 Ἐπιδημίας) Bene ita vulgatum ἀποδημίας corr. Abreſch.

εὑρίσκοντες ἀπηλλάγησαν, καὶ τῷ Ἀβροκόμῃ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ ὄντα ἐμήνυσαν. Ὁ δὲ [1] ἔπαθε μὲν ψυχὴν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος, εὔελπις δὲ ἦν ὡς Ἀνθίαν εὑρήσων. Τῇ δὲ ἐξῆς ἦκεν ἡ Ἀνθία πάλιν εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ τοῦ Ἱπποθόου, οὐκ ὄντος αὐτοῖς πλοῦ. Προσκαθίσασα δὲ τοῖς ἀναθήμασιν ἐδάκρυέ τε καὶ ἀνέστενεν. Ἐν τούτῳ δὲ ἐπεισίασιν ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη, τὸν Ἀβροκόμην καταλιπόντες ἔνδον ἀθύμως ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς διακείμενον· ἐλθόντες δὲ ὁρῶσι τὴν Ἀνθίαν, καὶ ἦν μὲν ἔτι ἄγνωστος αὐτοῖς· συμβάλλουσι δὲ πάντα, ἔρωτα, δάκρυα, τὰ ἀναθήματα, τὰ ὀνόματα, τὸ εἶδος. Οὕτως κατὰ βραχὺ ἐγνώριζον αὐτὴν, προσπεσόντες δὲ τοῖς γόνασιν ἔκειντο ἀχανεῖς. Ἡ δὲ ἐτεθαυμάκει, τίνες τε ἦσαν, καὶ τί βούλοιντο· οὐ γὰρ ἄν ποτε Λεύκωνα καὶ Ῥόδην ἤλπισεν. Οἱ δὲ ἐν ἑαυτοῖς γενόμενοι, Ὦ δέσποινα, ἔφασαν, Ἀνθία, ἡμεῖς οἰκέται

& Abrocomam de his, quae in templo erant, certiorem faciunt. Ei fere animum inducenti, ut de re inopinata quidquam credat, ſpes oſtenſa eſt Anthiae recuperandae. Inſequenti die, cum minime eſſet mare tempeſtivum ad navigandum, Anthia iterum cum Hippothoo ad templum venit, & donariis aſſidens lacrimas & gemitus fundebat, cum Leuco & Rhoda ingrediuntur, Abrocoma domi relicto, qui ob haec eadem anxio & aegro animo erat. Ut Anthiam vident, quam nondum agnoverant, ex omnibus ſimul coniecturam capientes, amore, lacrimis, donis, nominibus, ſpecieque, brevi eam eſſe deprehendunt, genibuſque allapſi ſtupentes obmutuere. Illa, quinam eſſent, quidque vellent, mirari; nunquam enim Leuconem & Rhodam eos eſſe ſperaſſet. Qui ubi ad ſe rediere, O hera, inquiunt,

1 Ἔπαθε) Vulgo ἔπιθε. Nos ἔπαθε redhibuimus. In idem incicum Loc. ſcripturam Cod. Flor. derat Hemſterh.

σοι, Λεύκων καὶ Ῥόδη, οἱ τῆς ἀποδημίας κοινωνήσαντες καὶ τοῦ λῃστηρίου. Ἀλλὰ τίς ἐνταῦθα ἄγει σε τύχη; θάρσει, δέσποινα, Ἀβροκόμης σώζεται, καὶ ἔστιν ἐνταῦθα ἀεί σε θρηνῶν. Ἀκούσασα ἡ Ἀνθία ἐξεπλάγη τοῦ λόγου· μόγις δὲ ἀνένεγκοῦσα καὶ γνωρίσασα περιβάλλει τε αὐτοὺς, καὶ ἀσπάζεται, καὶ σαφέστατα τὰ κατὰ Ἀβροκόμην μανθάνει.

Συνέῤῥει δὲ ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ῥοδίων, πυνθανόμενον τῆς Ἀνθίας εὕρεσιν [1] καὶ Ἀβροκόμου. Παρῆν δὲ ἐν τούτῳ καὶ ὁ Ἱππόθοος, ἐγνωρίσθη τε τοῖς περὶ τὸν Λεύκωνα, καὶ αὐτὸς ἐξέμαθεν οἵ τινές εἰσι· καὶ ἦν τὰ μὲν ἄλλα ἐν αὐτοῖς ἐπιτηδείως· τὸ δὲ * * ὅτι μηδέπω Ἀβροκόμης ταῦτα ἐπίσταται· ἔτρεχον δὲ, ὡς εἶχον, ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Ὁ δὲ, ὡς ἤκουσεν ὑπό τινος τῶν Ῥοδίων τὴν τῆς Ἀνθίας εὕρησιν, διὰ μέσης τῆς πόλεως,

Anthia, nos famuli tui, Leucon & Rhoda, tecum peregrinati, atque una a latronibus capti. Sed quae te huc duxit fortuna? Bono sis animo, hera, sospes Abrocomas hic loci est te assidue deflens. Anthiam percussit illico is sermo, vixque se ipsam colligens, eos agnoscens salutat & amplexatur, & de Abrocoma liquido intelligit.

Confluxit omnis Rhodiorum multitudo, ut audivere inventos Anthiam & Abrocomam. Tum vero accessit etiam Hippothous, innotuitque Leuconi & Rhodae, simul & ipse, quinam essent, certior factus. Ac de reliquo quidem inter eos commode se res habebat; hoc tamen minus, quod necdum ista sciret Abrocomas: itaque confestim domum accucurrerunt. Ille interim, postquam ex aliquo Rhodiorum acceperat, inventam esse Anthiam, per mediam urbem velut amens currebat,

1 Καὶ Ἀβροκόμου -- εὕρεσιν) Lacunam hanc e Codice Florentino primum Locella supplevit. Iam Hemsterhusius quaedam hic deesse suspicatus fuerat.

βοῶν Ἀνθίαν, ἐοικὼς μεμηνότι ἔθεε. Καὶ δὴ συντυγχάνει τοῖς περὶ τὴν Ἀνθίαν πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἴσιδος· πολὺ δὲ τῶν Ῥοδίων πλῆθος ἐφείπετο. Ὡς δὲ εἶδον ἀλλήλους, εὐθὺς ἀνεγνώρισαν, τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐβούλοντο αἱ ψυχαὶ, καὶ περιλαβόντες ἀλλήλους εἰς γῆν κατηνέχθησαν. Κατεῖχε δὲ αὐτοὺς πολλὰ ἄλλα πάθη, ἡδονὴ, λύπη, φόβος, ἡ τῶν προτέρων μνήμη, τὸ τῶν μελλόντων δέος. Ὁ δὲ δῆμος ὁ Ῥοδίων ἀνευφήμησέ τε, καὶ ἀνωλόλυξε, μεγάλην θεὸν ἀνακαλοῦντες τὴν Ἴσιν· Πάλιν, λέγοντες, ὁρῶμεν Ἀβροκόμην καὶ Ἀνθίαν τοὺς καλούς. Οἱ δὲ ἀναλαβόντες ἑαυτοὺς, διαναστάντες εἰς τὸ Ἴσιδος ἱερὸν εἰσῆλθον· Σοὶ, λέγοντες, ὦ μεγίστη θεὰ, τὴν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἡμῶν χάριν οἴδαμεν· διά σε, ὦ πάντων ἡμῖν τιμιωτάτη, ἑαυτοὺς ἀπειλήφαμεν. Προεκυλίοντό τε τοῦ τεμένους, καὶ τῷ βωμῷ προσέπιπτον. Καὶ τότε μὲν αὐτοὺς ἄγουσι παρὰ τὸν Λεύκωνα εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ ὁ Ἱππόθοος τὰ αὐτοῦ μετε-

Anthiam ſubinde clamans. Occurrit tandem Anthiae ad aedem Iſidis, plurimique Rhodiorum ſequebantur. Ubi ſe mutuo viderunt, ſtatim agnovere, volentibus id utriuſque animis, & invicem amplexati ſuccidunt genua multifaria animi commotione affectis, voluptate, dolore, timore, praeteritorum memoria, & futurorum metu. Rhodiorum vulgus fauſtum laetumque acclamarunt, magnam Deam invocantes Iſin. En iterum, dicebant, videmus Abrocomam & Anthiam, eximios forma adoleſcentes. Illi, ut animus rediit, ſurrexere, & Iſidis aedem ingreſſi, Tibi, inquiunt, o maxima Dea, tibi grátia pro noſtra incolumitate habetur: auxilio tuo, o nobis omnium maxime colenda, noſmet ipſos recepimus. Prevoluti ſunt ante lucum, & ad aram procideruntac tandem Leuconis domum ducuntur, in quam

σκευάζατο παρὰ τὸν Λεύκωνα. Καὶ ἦσαν ἕτοιμοι πρὸς τὸν εἰς Ἔφεσον πλοῦν.

Ὡς δὲ ἔθυσαν ἐκείνης τῆς ἡμέρας, καὶ εὐωχήθησαν, πολλὰ καὶ ποικίλα παρὰ πάντων τὰ διηγήματα, ὅσα τε ἔπαθεν ἕκαστος, καὶ ὅσα ἔδρασε, παρεξέτεινέ τε ἐπὶ πολὺ τὸ συμπόσιον, ὡς αὐτοὺς ἀπολαβόντες χρόνῳ. Ἐπεὶ δὲ νὺξ ἤδη ἐγεγόνει, ἀνεπαύοντο, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ὅπως ἔτυχον, Λεύκων μὲν καὶ Ῥόδη, Ἱππόθους δὲ καὶ τὸ μειράκιον τὸ ἐκ Σικελίας, τὸ ἀκολουθῆσαν εἰς Ἰταλίαν ἰόντι αὐτῷ, ὁ Κλεισθένης ὁ καλός· ἡ δὲ Ἀνθία ἀνεπαύετο μετὰ Ἀβροκόμου. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες κατεκοιμήθησαν, (ἡσυχία δὲ ἦν ἀκριβὴς) περιλαβοῦσα ἡ Ἀνθία τὸν Ἀβροκόμην ἔκλαεν, Ἄνηρ, λέγουσα, καὶ δέσποτα, ἀπείληφά σε πολλὴν γῆν πλανηθεῖσα καὶ θάλασσαν, λῃστῶν ἀπειλὰς ἐκφυγοῦσα, καὶ πειρατῶν ἐπιβουλὰς, καὶ πορνοβοσκῶν ὕβρεις, καὶ δεσμὰ, καὶ τάφρους, καὶ ξύλα, καὶ

& Hippothous migravit; paratique ad iter in Epheſum erant.

Cum, ſacris illo die factis, epulis accubuiſſent, multaeque conſertae narrationes, utpote qui longo poſt tempore iterum coniuncti eſſent, eorum, quae quiſque paſſus fuerat, aut fecerat, protraxiſſent convivium, ubi nox acceſſit, cubant, alii quidem ut cuique obtigit, Leuco vero cum Rhoda, Hippothous cum adoleſcentulo egregiae formae Cliſthene, qui ei e Sicilia in Italiam eunti comes fuerat, & Anthia cum Abrocoma. Cum dormirent alii, & alta quies ubique eſſet, Anthia Abrocomam amplexata flebat: O vir, inquiens, ac domine, te tandem recepi terra marique diu pervagata, & poſtquam latronum minas, piratarum inſidias, & lenonum iniurias effugerim, & vincula, foſſas, ligna, ve-

Digitized by Google

φάρμακα, καὶ τάφους. Ἀλλ' ἥκω σοι τοιαύτη, τῆς ἐμῆς ψυχῆς Ἀβροκόμη δέσποτα, οἵα τὸ πρῶτον ἀπηλλάγην εἰς Συρίαν ἐκ Τύρου. Ἔπεισε δέ με ἁμαρτεῖν οὐδεὶς, οὐ Μοῖρις ἐν Συρίᾳ, οὐ Περίλαος ἐν Κιλικίᾳ, οὐκ ἐν Αἰγύπτῳ Ψάμμις καὶ Πολύϊδος, οὐκ Ἀγχίαλος ἐν Αἰθιοπίᾳ, οὐκ ἐν Τάραντι ὁ δεσπότης. Ἀλλ' ἀγνὴ μένω σοι πᾶσαν σωφροσύνης μηχανὴν πεποιημένη. Σὺ δὲ ἆρα, Ἀβροκόμη, σώφρων ἔμεινας; ἢ μέ τις παρευδοκίμησεν ἄλλη καλή; ἢ μή τις ἠνάγκασέ σε ἐπιλαβέσθαι τῶν ὅρκων τε κἀμοῦ; Ταῦτά ἔλεγε, καὶ κατεφίλει συνεχῶς. Ὁ δὲ Ἀβροκόμης, Ἀλλὰ ὀμνύω σοι, φησὶ, τὴν μόγις ἡμῖν ἡμέραν ποθεινὴν εὑρημένην, ὡς οὔτε παρθένος ἐμοί τις ἔδοξεν εἶναι καλὴ, οὔτ' ἄλλη τις ὀφθεῖσα ἤρεσε γυνή· ἀλλὰ τοιοῦτον εἵληφας Ἀβροκόμην καθαρὸν, οἷον ἐν Τύρῳ κατέλιπες ἐν δεσμωτηρίῳ. Ταῦτα δ' ὅλης νυκτὸς ἀλλήλοις ἀπε-

nena ac ſepulcra evaſerim, tibi talis adſum, anime mi, mi Abrocoma, qualis primum te Tyri reliqui in Syriam abrepta. Nemo exorare potuit, ut in te peccarem, non Moeris in Syria, non Perilaus in Cilicia, non in Aegypto Pſammis & Polyidus, non in Aethiopia Anchialaus, non Tarenti herus; atque omnes pudicitiae artes excogitavi, ut tibi caſta ſervarer. An & tu, Abrocoma, in eodem probo conſilio permanſiſti? An ulla me pulchrior tibi viſa eſt? nemone te adigere conatus eſt, ut iurisiurandi & mei oblivisceretur? Haec dicens ſubinde oſculabatur. Abrocomas, Tibi, inquit, per hunc exoptatum & vix tandem inventum diem iuro, nullam mihi virginem viſam fuiſſe pulchram, nullam placuiſſe mulierem, quam viderim, ſed tuum recepiſti Abrocomam purum, qualem Tyri in vinculis reliquiſti. Tota nocte

λογοῦντο, καὶ ῥᾳδίως ἔπειθον ἀλλήλους, ἐπεὶ τοῦτο ἤθελον.

Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἐπιβάντες νεὼς, πάντα ἐνθέμενοι τὰ αὐτῶν, ἐπανήγοντο, παραπέμποντος αὐτοὺς παντὸς τοῦ Ῥοδίων πλήθους· συναπῆει δὲ καὶ ὁ Ἱππόθοος, τά τε αὐτοῦ πάντα ἐπαγόμενος καὶ τὸν Κλεισθένη. Καὶ ἡμέραις ὀλίγαις διανύσαντες τὸν πλοῦν κατῆραν εἰς Ἔφεσον. Προεπέπυστο τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἡ πόλις ἅπασα. Ὡς δὲ ἐξέβησαν, εὐθὺς, ὡς εἶχον, ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος ἦεσαν, καὶ πολλὰ ηὔχοντο, καὶ θύσαντες [1] ἄλλα ἐνέθεσαν ἀναθήματα, καὶ δὴ καὶ τὴν γραφὴν τῇ θεῷ ἀνέθεσαν, πάντα τε, [2] ὅσα τε ἔπαθον, καὶ ὅσα ἔδρασαν. Καὶ ταῦτα ποιήσαντες, ἀνελθόντες εἰς τὴν πόλιν τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν τάφους κατεσκεύασαν μεγάλους. Ἔτυχον γὰρ ὑπὸ γήρως

omnia ſibi invicem narrarunt, ac facile fidem adhibuere, rem, ut erat, eſſe deſiderantes.

Ubi illuxit, conſcenſa navi, omnibuſque impoſitis, diſcedunt. Deduxerat illos omnis Rhodiorum multitudo, & Hippothous una ſecutus eſt, rem omnem & Cliſthenem abducens; mox aliquot dierum navigatione Epheſum venere. Civitas omnis ſoſpites adventare eos antea inaudierat. Navibus egreſſi ſtatim eodem, quo erant, habitu, aedem Dianae adeunt: preces multae & ſacrificia, donaque poſita, adiectuſque titulus iis, quae fecerant, aut paſſi fuerant, inſcriptus. His peractis in urbem redeuntes exſtruxere monumenta magnifica parentibus, quos ſenio atque aegritudine praemortuos inve-

1 Ἄλλα ἐνέθεσαν ἀν.) Hemſterh. coni. ἄλλα ἀνέθεσαν ἀναθ. verbo proprio de hac re.

2 Ὅσα τε ἔπαθον) Ita cum *Longus*. Loc. e certiſſima Hemſterh. coniectura ſcripſimus. In editis eſt, ὅσα τε ἔπειθον.

Digitized by Google

καὶ ἀθυμίας προτεθνηκότες. Καὶ αὐτοὶ τοῦ λοιποῦ διῆγον ἑορτὴν ἔξοντες τὸν μετ' ἀλλήλων βίον. Καὶ ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη κοινωνοὶ πάντων τοῖς συντρόφοις ἦσαν. Διέγνω δὲ καὶ ὁ Ἱππόθοος ἐν Ἐφέσῳ τὸν λοιπὸν διαβιῶναι χρόνον. Καὶ ἤδη Ὑπεράνθους τάφον ἔγειρεν κατὰ Λέσβον, μέγαν γενόμενον, καὶ τὸν Κλεισθένη παῖδα ποιησάμενος ὁ Ἱππόθοος διῆγεν ἐν Ἐφέσῳ μετὰ Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας.

nere. Ipſi reliquum aetatis ceu feſtum diem in laetitia una degerunt. Leuconi & Rhodae bona omnia ſodalibus communia fuere. Hippothous quoque ſtatuit Epheſi reliquum vitae tempus traducere, ſepulcro magnifico in Lesbo Hyperanthi exſtructo: Cliſthenem vero ſibi filium adoptavit, & Epheſi vixit cum Abrocoma & Anthia.

ARGENTORATI
AN. VI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Bibl. erot.
Fr. Krenneri.
235. . . .

Digitized by Google